Văcillo,
uacinium,
uado,
uagina,
uagio,
uagitus,
uagor, *nomen*,
uah,
uanus,
uaneſco,

*) Haec uocabula deriuantur ex contracto *tuitus* uerbi *tueri*.

uaneſco,
uanidicus,
uaniloquus,
uanitas,
uapulo,
uaricus,
Varus,
uas, *uāſis*,
uates,
Vatīcanus,
uaticinus,
uaticinor,
uber,
Vcălĕgon, *)
udus,
uecors,
uecordia,
Veiens,
Veū,
Veius,
Veiouis,
Velabrum,
Veles, *cum deriuatis*,
uelo,
uelamen,
uelum, *et deriuata*,
uelox,
ueloциter,
Vĕnafrum,
uena,
uenalis,
ueneo,
uenoſus,
uenum,
uenundo,
uenor,
uenabulum,
uenaticus,
uenatio,
uenator,
uenatòrius,
uenatrix,
uenatus, *uomen*,
uenatura,
Venuncula,
Vepicus,
ueris, *a uer*, *)
ueratrum,
uerax,
ueraciter,
uerĕ, *et* uerē,
ueridicus,
uerificus,
ueriloquus,
uēris,
ueritas,
uero,
uerum,
uerus,
Verona,
ueſana,
ueſica,
ueſicula,
Veſi,
Vetonica,
Vfens,
ui,
uibex,
Vībius,
uībro,
uiburnum,
Vicentia,
uicies,
uicennia,
uicenos,
uicēnarius,
uicēſimus,
uicinus,
uicīnia,
uicus,
Vicānus,
uicatim,
uigeſimus,
uigesſis,
uigin-

*) Quia ex Graeco οὐκ ἀλέγων. Sic *uer*, quia ex Gr. ἦρ, quod ex ἔαρ. Sic οὐρητὴρ, οὖρον, οὐρανός.

uiginti, †
uilis,
uileſcit, *et alia deriuata*,
uimen,
uinaceus,
uinalia,
uinarius,
uindēmia,
uindēmitor,
uinea,
uinetum,
uinitor,
uinolentus,
uinoſus, *et alia compoſita et deriuata*,
uipera,
uiperinus,
uipereus,
uires,
uirus,
uirūlentus,
uiroſus,
uis,
uiſito,

uiſo, ††,
uiſibilis,
uiſus, *nomen et participium*, ††
uiſum,
Viſurgis,
uita,
uitalis,
uiteus,
uitex,
uitis,
uitilis,
uiticomus,
uiticula, *et alia compoſita et deriuata*,
uito,
uitricus,
uitrum, *cum deriuatis*,
uitupero,
uiuarium,
uiuax,
uiuidus,
uiuo, *et deriuata*,

uiuus,
uligo,
una,
unus, *deriuata et compoſita*,
ūnio, Perle,
uobis,
uocis, *a uox*,
uocalis,
uociferor,
uocula,
uomer, *ſiue* uomis,
uos,
uotum, ††
uotiuus, ††
upilio,
Vrania,
uredo,
ureter,
urigo,
urina, *et deriuata*, *)
uro,
Vraca,
urus,

C Vſpil,

† Quia ex εἴκοσι.

†† Ratio ex deriuatione per reg. § 30, *ſect.* I

*) Quia ex Graeco οὐκ ἀλέγων. Sic *uer*, quia ex Gr. ἦρ, quod ex ἔαρ. Sic οὐρητὴς, οὖρον, οὐρανός.

Vſſpii,	utenſile,	uua,
uſura,	utilis,	uuo,
uſurarius, †	utilitas,	uueſco,
uſurpo,	utiliter,	uuifer,
uter, Schlauch,	utor,	uuidus.

X *Non indicatu, ſunt breuia.*

Xerampelinus. IVVENAL. Ex ξηρὸς et ἄμπελος.

Z

§ XXVI *Quae non ſunt adducta, breuia ſunt.*

Zabulon,	Zeno, ††	zona, *cum deriua-*
Zachaeus,	Zerinthius,	*tis*, ††
Zacharias,	zetes,	Zoophytum,
Zebedaeus,	zethum,	Zopyrus,
zelus, ††	zizania,	Zoroaſter, ††
Zelotes, ††	zodiacus, ††	zotheca,
Zelotypus, ††	zoilus, ††	zythum.

§ XXVII *Antepenultimae* et *penultimae* ſyllabae cognoſcuntur per regulas iſtas:

I Deminutiua in *icellus*, *icula* et *iculus*, ſi *i* longum non iam in primitiuis (*primigeniis uocibus*) fuerit, item deſinentia in *itudo*, et *olentus*, et *ulentus*, uel *uria*, *urius*, item Medi-

† Ratio ex deriuatione per reg. § 30, *ſect.* I

†† Sunt ex Graeco ζῆλος, ζηλωτὴς, ζήνων, ζωδιακὸς, ζώνη, ζώπυρος, cet.

Meditatiua in *urio*, a ſupinis formata, et compoſita illa, quorum prior pars in *i* formatur, litteras, *i, o, u,* correptas habent. u. g. *mollicellus*, CATVLL. *carm.* XXV, ad Thallum, *canicula*, *faſcĭculus*, *magnĭtudo*, *ſomnŏlentus*, *lutŭlentus*, *centŭria*, *luxŭria*, *Mercŭrius*, *eſŭrio*, *uatĭdicus*, *uanĭloquus*. Sed *ueſīcula*, *cornīcula*, a *ueſīca* et *cornix*. *Merīdies*, *poſtrīdie*, *īlicet*, *ſcīlicet*. Communia ſunt: *quotīdie*, *quotīdianus*.

II Sed denominatiua in *aceus*, *aneus*, *arius*, *aticus*, *atilis*, *itius*, *monia*, *monium*, antepenultimam productam habent. u. g. *uināceus*, *conſecrāneus*, *primārius*, *aquāticus*, *fluuiātilis*, *commentītius*, *parſimōnia*, *patrimōnium*.

§ XXVIII *Originis* conſideratio quantitatem ſyllabarum prodit in omnibus ſyllabis, etiam ultimis. e. g. *Libyēn*, *paeān*, *Pān*, *Titān*, *bŏreān*, *Sirēn*, *attagēn*, *delphīn*, *Simŏīs*, *Achĕrōn*, *Actaeōn*, *Eurytiōn*, *Hippŏcŏon*, *Phaĕthōn*, *Telamōn*, *Tritōn*, *Iliōn*, *ſymboliōn*, *Cedrōn*, *Ibēr*, *Sapphūs*, ex σαπφοῦς. *Cetē*, ex κήτη, *o Alexī*, uocat. Graec. *Pallādī*, datiu. Graec. *Pallās*, *Herōās*, et reliqui accuſatiui Graeci. *Arcās*, *Dorēs*, *Aeolēs*, *Panacēs*, nominatiui plurales et neutra ſingularia Graeca. *Chaŏs*, et alia Graeca in *os*; nam in ως longa ſunt, ut *Trōs*, *o Tiphȳ*, *Thetȳ*, *Chelȳs*. Sed *Phorcȳs* et Phorcyn.

§ XXVIIII *Compoſita* et *deriuata* ſimplicium et primitiuorum (rectius, *primigeniarum uocum*) quantitatem fere retinent. u. g. *ualētudo*, a *ualēre*; *affĭcio*, quia dico, *făcio*; *inĭmicus*, quia, *ămicus*, *obſĕquium*, quia, *ſĕquor*; *iŏcutus*,

quia *lŏquor*; *ĕgeſtas*, quia *ĕgeo*. Sic *prŏcella*, *prŏfanus*, *prŏfugus*, *prŏfundus*, et ſimilia, quia ſunt a *prŏcul*. *)

EXCIPE

Calĕfacio, *liquĕfacio*, *madĕfacio*, *tepĕfacta*, SAMMONIC. cap. 9. *Nĕfas*, *nĕfandus*, *nĕque*, *nĕqueo* (niſi forte ſint ex Graeco et antiquo *n*.) Item *prŏfari*, *prŏficiſci*, *prŏfideri*,

---

*) IO. MICH. HEVSINGERVS, *antibarb.* cap. II, § 5, pag. 380, ſeq. qui eiusdem *emendationum libb.* II, addit. et a FRIDER. HEVGINGERO, I. M. F. edit. Gothae, ↀIↃCCLI, e. Video, *inquit*, inter omnes fere grammaticos conuenire, multa deriuata et compoſita primigeniarum uocum et ſimplicium quantitatem migrare, et modo breuem uocalem producere, modo longam contra analogiam corripere. Horum auctoritas etſi tantum apud me ualet, ut unus disſentire ab omnibus non audeam; pace tamen doctisſimorum uirorum, qui ita ſentiunt, id ſaltem docere mihi liceat, longe minorem, quam adhuc uiſum ſit, atque exiguum admodum eorum esſe numerum, quae in ſyllabarum mora origini ſuae non reſpondeant. Sunt enim alia, in quibus, uel ſuo, uel librariorum errore decepti, diuerſam a primigeniis uocibus et ſimplicibus quantitatem non tam deprehenderunt, quam finxerunt. Planum id pluribus exemplis fecit VOSSIVS, lib. II *de arte grammat.* cap. 17; quibus nunc addi poteſt, *ſemiſŏpītus*, antepenultima breui, falſa OVIDII auctoritate SMETIVS deceptus adſcripſit. Verſus OVIDII, unde error proſeminatus eſt, exſtant *epiſt.* X, 10, et I *amor.* XIIII, 20, in quibus olim quidem, *ſemiſopitus*, librariorum uitio lectum, id uero mendum iam pridem ſublatum, et pro eo, *ſemiſupinus*, reſtitutum eſt.

fiteri, prŏnepos, prŏteruus, protinus, prŏcūro, prŏcurator, prŏfundo, prŏpago, prŏpello, prŏpino. Sĭquidem.

Breuia a longis ſunt:

Ăcerbus, ab *ācer*, *ſeu* Germ. herb.
ambĭtus, ab *ambītam*.
ărena, *ăriſta*, *ărundo*, ab *āreo*.
Bĭceps, a *bīnis capitibus*.
bĭiuges, a *binis iugis*.
bĭpes, a *binis pedibus*.
bŭbulcus, a *būbus*.
Cŭrūlis, a *curru*.
Dĭcax, *maledĭcus*, *uatidĭcus*, *uiridĭcus*, cet. a *dīco*.
dĭſertus, a *diſſero*.
dĭtio, a *dictio*.
dŭcis, a *dux*, et *dūco*.
Eſŭrio, ab *eſū*.
Fătuus, a *fātu*.
frăgilis, *frăgor*, *frăgoſus*, a *frāngo*.
Glŏmero, a *glōmus*.
Innŭbus, *pronŭbus*, a *nūbo*.
Lĭqueo, a *līquor*.
lĭtuus, a *līte*.
lŏtium, a *lōtu*.

lŭcerna, a *lūceo*,
Mŏleſtus, a *mōle*.
Năto, a *nātu* uerbi *no*.
nŏta, a *nōtus*.
Ŏditium, ab *ōdi*.
ŏmitto, pro *obmitto*.
Păciſcor, a *pax*.
păgella, a *pāgina*.
pĕiero, a *iūro*.
pŭſillus, a *pūſo*.
Rĕpens, *rĕpente*, a *rēpo*.
Săgax, a *ſāgio*.
ſĕlibra, a *ſēmilibra*,
ſĭgillum, a *ſīgnum*.
ſŏpor, *ſemiſŏpitus*, *) a *ſōpio*.
ſtăbilis, a *ſtābam*, uel *ſtāre*.
ſtrĭgilis, a *ſtringo*.
Tĭgillum, a *tīgnum*.
trĭceps, a *trino capite*.
Vădum, a *uādo*.
uăricoſus, a *uārix*.
uſtium, a *ūſto*.

A breuibus *longa.*

Fēralis, a *fĕro.*
fēriae, a *fĕro.*
fīdo, a *fĭdes.*
fōmes, a *fŏueo.*
Grādiuus, a *grădu.*
Hūmanus, ab *hŏmo.*
Iūgerum, a *iŭgo.*
iūmentum, a *iŭuo.*
Lāterna, a *lăteo.*
lēgis, genit. *lex*, a *lĕgo.*
līttera, a *lĭtum.*
lītus, a *lĭtum.*
Mācero, a *măcer.*
Nōnus, a *nŏuem.*
Perſōna, a *ſŏno.*
prēlum, a *prĕmo.*
Rāpum, a *răpio.*
rēgis, genit. *rex*, a *rĕgo.*
Sēcius, a *ſĕcus.*
ſēdes, a *ſĕdeo.*
ſīcelis, a *ſĭculus.*
ſtīpendium, a *ſtĭpe.*
ſuſpīcio, a *ſuſpĭcor.*
Tēgula, a *tĕgo.*
tōtus, ganz, a *tŏt.*
Vēna, a *uĕnio.*
uīres, a *uĭreo.*
uītupero, a *uitium paro.*
uōcis, a *uŏco.*
uōmis, a *uŏmo.*
uōtum, a *uŏueo.*

§ XXX *Praeterita* et *Supina diſſyllaba* priorem ſyllabam producunt, quamuis praeſentis prior corripiatur. u. g. *Lĕgo*, *lēgi*; *mŏueo*, *mōui*; *lino*, *lēui.*

Sed tamen bĭbo, *bĭbi*, cello, unde percello, *percŭli.* Do, *dĕdi*: findo, *fĭdi*: ſcindo, *ſcĭdi*: ſto, *ſtĕti*: tello, obſoletum, *tŭli.*

Cĭtum, a cieo; *dătum*, a do: *ĭtum*, ab eo: *lĭtum*, a lino: *quĭtum*, a queo: *rătum*, a reor: *rŭtum*, a ruo: *ſătum*, a ſero: *ſĭtum*, a ſino: *ſtătum*, a ſto, quod tamen in compoſitis, *aſtātum*, *conſtātum*, *inſtātum*, *exſtātum*, *praeſtātum*, cet. facit.

§ XXXI

§ XXXI *Accentus* uocabulorum tribus pluribusue ſyllabis conſtantium rite collocatus, indicat *penultimae* uel *correptionem*, uel *productionem*. u. g. *posſŭmus*, *Sibyllīnus*, *caprīnus*, *Alexandrīa*, *posſīmus*, *praeſīmus*, *Celtibēri*, *Eurīpus*. Adde huc, quae de genitiuo ſecundae et tertiae et quinctae declinationum dicuntur.

§ XXXII *Contractio*, et per conſequens *diphthongi* et *poſitio*, producunt ſyllabas. u. g. *di*, pro *dii*: *nil*, pro *nihil*: *cōgo*, ex *coigo*: *dēgo*, ex *deigo*: *tibīcen*, pro *tibiicen*: *rēfert*, ex *rei fert*: *fructūs*, pro *fructuis*, *fructues*: *prǣcido*, *pōena*, *aūctumnus*. Ergo et *Clōdius*, pro *Claūdius*. Sed *uidēn'*, CATVLL. pag. 147; VIRG. VI *aen.* 770. Sic noſtīn'.

OBSERVAT.

Poſitio dicitur, quum duae conſonae uocalem inſequuntur, uel in eodem uocabulo, uel in duobus, quorum alterum conſona finitur, alterum inchoatur. u. g. *ārma*, *mōns*, *cāſtus*, *pērcello*, *prōmtus*, *dūx*, *nōx*, *nōxa*, *munūs*, *tūum*, *imbēr grauis*.

Negligi poteſt poſitio in uocali breui, quam inſequitur *muta* inſidens *liquidae*. u. g. *cycnus*, *) *abiegni*, **)

*) AVSON. *epiſt.* 20.

**) PROPERT. IIII, *eleg.* I, *vs.* 42.

cŏclea, *) *Atlas*, *pĭgri*. Sed omnes ſyllabae, in quibus muta non inſidet liquidae, ſed pronuntiando disiungitur, longae ſemper manent. u. g. *ādleuo*, *ādſino*, *ōbruo*, *ōbliquus*, *dolābra*.

§ XXXIII Contra, *uocalis ante uocalem breuis* eſt. u. g. *cŏĕo*, *capĭo*, *pĭus*, *filĭus*, *nĭhil*, *mĭhi*, *ăbenum*, indiuidŭus. Sic etiam interdum *diphthongus*. u. g. *praĕeo*, et longa uocalis, *ă Alexicborĕa*, *platĕa*, *ŏbe*, *Dĭana*.

Excipe tamen genitiuos AI, EI, quum litterae *e* praecedit uocalis, IVS, diphthongos et uocales longas praemiſſas uocali. u. g. *aulāi*, *harmoniāi*, *animāi*, *irāi*: *aciēi*, *faciēi*: *illīus*, *solīus*, *totīus*, *unīus*, *utrīus*, *alīus*; praeter *alterĭus*, *praeĕo*, *muſēum*, *āer*, *Dīana*, *quaſi dīa Iana*.

Fio habet I *longum*, niſi R aſſumat. u. g.
Omnia iam fīent, fĭeri quae poſſe negabam.

Ovid. I *triſt*. VII, 7.

§ XXXIIII *Terminatio* A nominatiui, accuſatiui et uocatiui cuiusuis declinationis, generis, ac numeri, item E, **) B, D, L, M, N, ***) R, T, IS, VS, breuis

---

*) SAMMONIC. de *medic.* cap. V.

**) De *ε* primae et tertiae declinationis ex *η*, uide in *Graeciſmo*.

***) De Graecis nominatiuis maſculini et feminini generis, *αν*, *εν*, ex *ην*; *ιν*, *ον*, ex *υν*, *ων*, et accuſatiuo primae declinationis maſculinorum, uide in *Graeciſmo*.

breuis eſt. u. g. *menſă*, *acheronţă*, *poculă*: *marĕ*, *nempĕ*, *ſaepĕ*: *ăb*, *ăd*, *ĭd*, *apŭd*: *animăl*, *nihĭl*: *dominŭm*, *lignŭm*, *ſcamnŭm*: *nomĕn*, *pectĕn*: *patĕr*, *pipĕr*, *fĕr*: *) *capŭt*, *fĭt*, *ăt*: *bĭs*, *peſtĭs*, *lucĭs*, *hominĭs*, *dominŭs*, *annŭs*, *intercŭs*:

EXCEPTIONES

I Ergo A ablatiui primae declinationis, uocabulorum indeclinabilium, et imperatiui primae coniugationis *producitur*, † ut *a menſā*, *a pennā*, *ab barā*, *trigintā*, *quadragintā*, *ſuprā*, *circā*, *praetereā*, *) *intereā*: **) *Sed*, *anteă*, *poſteă*, ſi intelligas tempora, item *eiă*, ***) *ită*, *quiă*, et numeralia non nunquam *corripiuntur*.

II E ablatiuorum quinctae declinationis, imperatiui ſecundae coniugationis, et aduerbiorum a nominibus ſecundae declinationis flexorum, *producitur*. u. g. *diē*, *fidē*, *rē*, *docē*, *monē*, *ſanctē*, obſoletum *famē*; † Sic, *pridiē*, *hodiē*, *lugē*, *dolē*, *properē*, *doctē*, *uafrē*. Sic, *ferē*, *fermē*. Item, *dē*, *ē*, *mē*, *ſē*, *tē*. Sed *cauĕ*, *ualĕ*, *uidĕ*, rarius corripiuntur: *Benĕ* et *malĕ*, ſemper. Sed *Cur*, *cur*, *far*, *fur*, *păr*, *non*, *ſin*.

(Enclitica *quĕ*, *nĕ*, *uĕ*; item ſyllabicae adiectiones *cĕ*, *tĕ*, *ptĕ*, *pſĕ*, corripiuntur.)

*) OVID. de *arte* I, 409, *diffĕr opus*.

† De uocatiuis Graecis primae declinationis ab *ας*, *o Satanā*, *o Aeneā*, uide infra de *Graeciſmo*.

**) De *η* primae et tertia declinationis ex *η*. uide in *Graeciſmo*.

***) De Graecis nominatiuis maſculini et feminini generis, *αν*, *εν*, ex *ην*; *ιν*, *ον*, ex *ιν*, *ων*, et accuſatiuo primae declinationis maſculinorum, uide infra in *Graeciſmo*.

III *Terminatio* IS, cum datiui et ablatiui pluralis, tum quartae coniugationis *longa* eſt. u. g. *fabīs*, *menſīs*, *ſcamnīs*, *audīs*, *ſepelīs*, *abīs*. Quibus adde nomina *delphīs*, *līs*, *glīs*, *Samnīs*, *uīs*. Et uerba, *uīs*, du willſt, *ſīs*, et compoſita, *quamuīs*, *quiuīs*, *adſīs*, *obſīs*, *proſīs*, cet. *uelīs*, *nolīs*; et aduerbia, *forīs*, *gratīs*. Sed futura plusquamperfecta coniunctiui, *amaverĭs*, *docuerĭs*, *legerĭs*, *audierĭs*, communia ſunt.

IIII VS femininorum tertiae declinationis in genitiuo *u* longum habentium, et nominatiuorum pluralium, atque obliquorum declinationis quartae, *longum* eſt. *Salūs*, huius *fructūs*, hi *fructūs*, hos *fructūs*. †

Hae terminationes *breues* propter caeſuram, putantur interdum *longae*.

§ XXXV Terminatio I, V, C, H, AS, *) ES, OS, *producitur*. e. g. *malī*, *gummī*, *dixī*, *berī*: *noctū*, *uerū*, *cornū*, *diū*: *hūc*, *illūc*, *hāc*, *hūc*; *dīc*: *āh*: *mās*, *fās*, *uās*, *menſās*, *properās*, *crās*: *pubēs*, *ēs*, ab edo, *ſpeciēs*, *menſēs*, *dēs*, *docēs*, *aliquotiēs*: *malōs*, *bonōs*, *bonōs*, *ōs*, oris.

EXCEPTIONES

I Sed I, *breue* eſt in *niſĭ*, *quaſĭ*. At, *cuĭ* diſſyllabum, *ibĭ*, *mihĭ*, *ſibĭ*, *tibĭ*, *ubĭ*, communia ſunt. Vnde *ubĭcunque*, *ubĭnam*. **)

II Donĕc

---

† Ratio eſt ex contractione petenda, *fructuis*, *fructues*.

*) De ας nominatiui Graeci et accuſatiui tertiae declination. breui, uide in *Graeciſmo*. Ibid. etiam ες ex ο, et ος ex ως.

**) *Vbinam*, breue eſt apud CATVLL. *pag.* 158 edit. VOSS.

II *Donĕc* et *nĕc*, corripiuntur. *Făc*, et prononem *hĕc*, ſunt communia. **)

Anăs, anatis, *uăs*, uadis, AS, corripiunt.

III ES nominum tertiae declinationis penultimam genitiui correptam habentium, *breue* eſt, niſi uocalis praecedat. u. g. *diuĕs*, *bebĕs*, *interprĕs*, *milĕs*, *praeſĕs*, *ſegĕs*. Sed *pēs*, *bipēs*, *quadrupēs*, *tripēs*, *ſonipēs*, et reliqua compoſita, producuntur. *Praepĕs*, a *praepĕto*, et *propĕs*. †
Item *penĕs*, et *ĕs*, *abĕs*, *adĕs*, *potĕs*, *praeĕs*, et reliqua compoſita ex *ſum*, breuia ſunt.

IIII OS *breue* habent *compŏs*, *impŏs*, *ŏs*, oſſs, *exos*, exosſis.

§ XXXVI Terminatio O *communis* eſt. u. g. *homŏ* *leŏ*, *ambŏ*, *duŏ*, *egŏ*, *cnrŏ*, *amŏ*, *quandŏ*. Sic *docendŏ*, et ſimilia gerundia.

EXCEPTIONES

Sed O datiui et ablatiui, aduerbiorum item et conjunctionum *longum* eſt. *certō*, *magnō*, *liquidō*, *ſeruō*, *profectō*,

---

*) De *as* nominatiui Graeci et accuſatiui tertiae declination. breui, uide in *Graeciſmo*. Ibid. etiam *ŏs* ex *o*, et *os* ex *ως*.

† *Bipĕs* & *tripĕs*, corripiuntur ab AVSON. *Idyll.* XI, 39. *quadrupĕs*, itidem *Idyll.* XI, 112, et ſic fortaſſe reliqua compoſita tractare licet. *Propĕs* eſt apud AVIEN. *Phaen. Arat.* p. 97. De Graecis nominatiuis pluralib. et neutris ſingularibus in *es* breuibus, uide de *Graeciſmo*.

SECTIO II

DE

GRAECISMO PROSODIAE

§ I Quam plurima uocabula e Graeca irrepſerunt in Latinam linguam, et magis etiam in carmina. Eorum igitur ratio noſcitanda eſt, ſi qui Latinorum uerſuum rationem cognoſcere uolent. Sunt autem in Graeca lingua *ε* et *ο*, uocales *breues*: *η* et *ω*, *longae*. Ergo *Titanĕs*, quia graece, Τιτᾶνες. Sed, *Demoſthenēs*, quia graece, Δημοσθένης. *Pellŏs*, *ſymbolŏn*, quia graece, Πήλιος, σύμβολον. Sed, *Trōs*, *Anterōs*, *Phaëthōn*, *Sapphō*, quia graece Τρῶς, Αντέρως, Φαέθων, Σαμφώ. *Daphnē*, *Prŏmētheus*, *Pēnēia*, quia graece Δάφνη, Προμηθεύς, Πηνηΐα. OVID. I *metam.* 390, 452. Ceterae uocales, *α*, *ι*, *υ*, in aliis uocabulis *breues* ſunt, in aliis *longae*. Vipendum igitur, quantam moram hisce tribuant Graeci in aliis atque aliis locis.

§ II Terminationes, *a*, *i*, *y*, *an* et *ar*, ὰς oxytonum, et *ας* accuſatiui pluralis tertiae declinationis, *in* et *is*, *yn*, *yr*, et *ys*, *breues* ſunt. u. g. *Poemă*, *poemată*, *o Parĭ*, *ſinapĭ*, *molў*, *o Tiphў*, *o Aeăn*, *Nectăr*. Παλλὰς, *Pallăs*, *Titānăs*, *Thaumantiăs*, *Irĭs*. OVID. IIII *metam.* 479. *Parĭn*, *Parĭs*, *chelўn*, *martўr*, *chelўs*, *Thetўs*.

§ III Sed *longa* eſt terminatio *a* uocatiui ab *as* primae declinationis, oxytona *άν* et *αν* accuſatiui primae declinationis nominum per *ας* finitorum, *ας* primae et tertiae declinationis, dicatalecta *in* et *is*, dicatalecta et oxytona *yn* et *ys*. u. g. *Aeneā*, *Satanā*, *boreān*, *Peliān*, *Titān*,

Pān,

Pān, *Peliās*, *Acamās*, FLACC. I, 583, *Hippodamās*, OVID. VIII *metam.* 592, *Delphīn*, *Delphīs*, *Salamin*, *Salamis* (ſic *Simoīs*, ex Σιμόεις) Phorcyn, Phorcys, Erinnys.

§ IIII Α, ι, υ, in *penultima obliquorum* caſuum *breues* ſunt *litterae*. u. g. *poemătis*, *lampădis*, *Erĭdos*, *chlamȳdos*. Sed ex *oxytonis* αν, ις, dicatalectis *is* et *in*, et alia quaedam *producuntur*. u. g. *Titānes*, *Delphīnis*, *Phorcȳnis*, *Thorācis*, *Cerȳcis*.

§ V Quae alibi in *penultimis* et *antepenultimis* ſyllabis *breuia*, *uel longa* ſint, ex *grammaticis* et *lexicis Graecis*, uel etiam ſupra *ſect.* I § VII, ſeqq. petantur. u. g. Ὠρίωνος et Ὠρίωνος, *Oriōnis* et *Orīonis*. *Sidŏnius* et *Sidōnius*. *Pſyche*.

§. VI Cetera cum Latinis fere congruunt. u. g. *Trapēzūs*, quia Τραπεζοῦς. Nam *diphthongi* utrobique *longae* ſunt, et *poſitio* itidem.

SE

Quum non perinde ſe habeat quilibet inceſſus, ut praeclare dixit, immortalis memoriae uir, ISAACVS VOSSIVS, de *poematum cantu et uiribus rhythmi*, Oxonii, CIↃCLXXIII, 8 mai. pag. 5; *nec ſatis ſit membra moueri, niſi affectibus, quos exprimunt, motus habuerint conuenientes; diuerſorum temporum et modorum pedes excogitarunt, quibus non tantum conſpicuos corporis motus, ſed et latentes ſenſus, et quouis animi mores uiuide adeo repraeſentarunt, ut nihil propemodum in rebus ſit, quod cantu et numeris ſuis non effingerent.*

Pedes, qui e quatuor diſſyllabis conſtant, numero ſunt ſedecim, plerique quadrati ſeu tetraſyllabi. E diſſyllabis uero et triſyllabis ſiunt pedes pentaſyllabi numero triginta duo. *Ex his rurſus componuntur pedes ſex ſyllabarum numero ſexaginta quatuor; (quibus adde quatuor diſſyllabos, et octo triſyllabos;) ita, ut omnes iuncti, ſummam conficiant centum et uiginti quatuor.*

Pag. 85

SECTIO III

DE

PEDVM NOTITIA

§ I PES eſt certus numerus ſyllabarum uel breuium, uel longarum, uel utrarumque.

§ II PEDES ſunt uel *diſſyllabi*, ſeu duarum ſyllabarum. e. g.

PYRRICHIRS, etiam *Cineſias*, *Tripudians*, *Gradiuus*, *Hegemon*, *Pariambus*, et a TERENTIANO MAVRO, *Dibrachys*, uocatur: uolare potius quam currere uidetur, ideoque numero et pondere paene caret. Ad celeres motus exprimendos aptus. *Duabus breuibus* conſtat ſyllabis (⏑ ⏑). e. g. DĔVS, *mă.ĕ*, *ăgĕ*, *cĭtŏ*.

SPONDAEVS, quoque *Pes pontificius*, nominatur. Inceſſum habet tardum et magnificum; itaque rebus grauibus adhibetur. E *duabus* conſtat *longis* (— —). u. g. mōrēs, faūſtīs, ōmnēs.

IAM

Pag. 8: *Interim hoc monendum, non audiendos eſſe eos, qui immenſam iſtiusmodi pedum congeriem, uelut inutilem et ſuperuacuam prorſus explodunt. Tot enim licet ſint numero, nullus tamen eſt, qui peculiarem uim et facultatem in mouendis et ſedandis affectibus non poſſideat.*

Pag. 10: *Pedum compoſitorum cantus mentem animumque ita percellit, ut ad furorem et inſaniam multos adegerit: cuius rei fidem faciunt modi Phrygii et dithyrambica carmina, quibus homines etiam ad rabiem olim efferatos fuiſſe conſtat. Hinc eſt, quod* PLATO *pedes compoſitos, una cum Ionicis Lydiis et mixolydiis modis, e ſua ciuitate expellat et procul faceſſere iubeat.*

IAMBVS, et *Daunius*, et *Gradarius*, a SCALIGERO autem, *Sanguinarius pes*, *et ad uulnerandum promtus*, appellatur. Inceſſum et percuſſionem habet inſignem et uirilem: eſt itaque non acer tantum et bellicus, ſed et mordax et iracundus. Alteram habet *breuem*, alteram uero *longam* (⏑ —). e. g. *bŏnīs*, *ăquīs*, *pĭōs*, *mălōs*, *lĕgēns*.

TROCHAEVS, *Pes rotatilis*, etiam a CIC. et FABIO VIIII *inſt. or.* 4, *Choreus*, nuncupatur. Debilem ac muliebrem imitatur motum, uehemens ab initio, ſed cito deficiens: Quapropter lenibus atque amatoriis affectibus exprimendis eſt aptus. *Longam* cum *breui* habet (— ⏑). *Piſcĭs*, *fauſtŭs*, *ſeruăt*, *ānnŭs*, *cūrrĕ*.

§ III Vel *triſyllabi*, ſeu trium ſyllabarum.

TRIBRACHYS, quoque *Chordax*, et *Brachyſyllabus*, dicitur. Vilis, humilis, uolubilis atque ignobilis, minimeque uirilis eſt, e quo nihil generoſum confici poſſit, ut DIONYS. HALICARN. monet. Totus conſtat e *ſyllabis breuibus* (⏑ ⏑ ⏑). e. g. Dŏmĭnŭs, ĭtĕrĕ.

MOLOSSVS, *Canius*, *Dodonaeus*, *Extenſipes*, *Heroicus*, *Hippeus*, *Trimacrus*, et *Vertumnus*, deminatur. Dignitatem habet praecipuam, ſtabilem et magnificam grauitatem, quapropter DION. HALIC. διαβεβηκότα, illum uocat: uelut latis paſſibus omnia peruadentem. Omnes *ſyllabas* habet *longas* (— — —). e. g. *Īnfēlīx*, *īnſānī*, *praeſtāntēs*.

ANAPAESTVS, *Antidactylus*. Decores eſt, maximeque uirilis, mouendis affectibus inſeruit. A *duabus breuibus* incipit, *et longa* terminatur (⏑ ⏑ —). e. g. *ănĭmōs*, *dŏmĭnō*, *lĕgĕrēs*.

DACTY

DACTYLVS, *Herous*, et *Politicus*, uocitatur: Eſt concinnus, pulcher, iucundus, grauis, magnificus. *Longam ſequuntur duae ſyllabae breues* (— ⏑ ⏑). e. g. *Cĭrcŭlŭs*, *ōptĭmŭs*, *cārmĭnă*.

AMPHIBRACHYS, ſiue *Scolius*. Numeros habet non admodum elegantes: quapropter fractum et effeminatum huic tribuit DIONYS HALIC. Muſicis tamen antiquis aliter uiſum, quemadmodum notat MARIVS VICTORINVS, utpote qui maiorem haberent temporum quam ſyllabarum rationem. VOSS. de *poemat. can.* pag. 8. *Longam* habet ſyllabam *inter duas breues* (⏑ — ⏑). e. g. *Ĭnēptŭs*, *Rĕpōnĕ*, *ămārĕ*.

AMPHIMACER, ſiue *Creticus*, *Feſcennius*, *Menſalis*. Motum habet grauem, praeſertim, ſi commodam ſortiatur ſtationem. Inter *duas* ſyllabas *longas includit breuem* (— ⏑ —). e. g. *Abſtĭnēns*, *fūlmĭnāns*, *cāſtĭtās*.

BACCHIVS, ſeu *Hyperiambus*, *Hypobacchius*, *Oenetrius*, et *Saltans*. Grauem et cum maieſtate coniunctum habet inceſſum, multumque roboris ei ineſt in mouendis magnis affectibus. *Duae longae* ſyllabae ſubſequuntur *breuem* (⏑ — —). e. g. *Gŭbērnānt*, *ĭnēptōs*, *ĕgēſtās*, *rĕpōnēns*, *ămāntēs*.

PALIMBACCHIVS, ſiue *Antibacchius*, *Dionyſius*, *Latius*, *Pompeuticus*, *Proſodiacus*, *Rhodius*, et *Saturnius*. Pes incommodus et rarus, multum tamen dignitatis habet: quapropter eum carminibus inutilem eſſe ſcribit HEPHAESTION. Incipit a *duabus longis*, et *una breui* terminatur (— — ⏑). e. g. *Ārctūrŭs*, *ēxſūrgĕ*, *cāntārĕ*, *cōntēntă*.

§ IIII Vel *tetraſyllabi*, ſeu quatuor ſyllabarum.

PROCELEVSMATICVS, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, e. g. *Cĕlĕrĭtĕr, hŏmĭnĭbŭs, rĕpĕtĕrĕ.*

DISPONDAEVS, – – – –, e. g. *Cīrcūmſpēctē, ōrātōrēs, audīuērūnt.*

DIIAMBVS, ⏑ – ⏑ –, e. g. *Ămœnĭtās, ĭnīquĭtās, ſĕuērĭtās,*

DITROCHAEVS, – ⏑ – ⏑, e. g. *Īmpĕrātŏr, cōmprŏbāuit, pērmănērĕ.*

PAEON PRIMVS, – ⏑ ⏑ ⏑, e. g. *Grāmmătĭcă, prīncĭpĭŭm, uīrgĭnĕŭs.*

PAEON ALTER, – – ⏑ ⏑, e. g. *Īngēntĭă, rĕſōluĕre, ămāuĭmŭs.*

PAEON TERTIVS, ⏑ ⏑ – ⏑, e. g. *Mănĭfeſtŭs, ŏpŭlēntŭs, ălĭēnŭs.*

PAEON QVARTVS, ⏑ ⏑ ⏑ –, e. g. *Cĕlĕrĭtās, mĭſĕrĭcōrs, tĕmĕrĭtās.*

IONICVS A MINORE, ⏑ ⏑ – –, e. g. *Gĕnĕrōſī, ĭnĭmīcīs, rĕddămārūnt.*

IONICVS A MAIORE, – – ⏑ ⏑, e. g. *Īntēndĕrĕ, ſāltāuĭmŭs, pūlchērrĭmŭs.*

CHORIAMBVS, – ⏑ ⏑ –, e. g. *Cōncŭtĭēnt, cūrrĭcŭlō, hĭſtŏrĭās.*

ANTISPASTVS, ⏑ – – ⏑, e. g. *Ĭnaūdīuĭt, ĭnhūmānŭs, ſĕcūndārĕ.*

EPITRITVS PRIMVS, ⏑ – – –, e. g. *Hŏnēſtārī, uŏlūptātēs, ſălūtārēs.*

EPITRI

EPITRITVS ALTER, — ⏑ — —, e. g. *Cōmprŏbābānt*, *ōbſĕcūndās*, *cōncĭtātī.*

EXPITRITVS TERTIVS, — — ⏑ —, e. g. *Cōnſŏrtĭō*, *īnduſtrĭōs*, *nūtrīcī.*

EPITRITVS QVARTVS, — — — ⏑, e. g. *Cīrcūmſpēxĭt*, *īncōnſtāntĕr*, *ēxſpēctārē.*

§ V uel *pentaſyllabi*, *) ſiue quinque ſyllabarum.

ORTHIVS, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, e. g. *ăbĭĕrĭtĭs*, *ănălŏgĭă.*

MOLOSSOSPONDAEVS, — — — — —, e. g. *cīrcūmſcrīptōrēs*, *ēxūltābūndī.*

DOCHIMVS, ⏑ — — ⏑ —, e. g. *tăbērnācŭlō*, *īnēffābĭlĭs.*

---

*) *Pentaſyllabi* pedes et *hexaſyllabi*, poeſi non ſunt utiles.

SECTIO IIII

DE
VERSVVM COGNITIONE

§ I VERSVS eſt certus ordo pedum numero quodam adſtrictorum.

§ II VERSVS eſt, uel *Iambicus*, uel *Trochaicus*, cum *Ithyphallico*, uel *Phaleucius*, uel *Sapphicus*, uel *Adonicus*, cum *Pherecratio*, *Archilochio*, *Heroico Tetrametro*, *Dactylico Alcmanio*, *Dactylico Ithyphallico*, uel *Heroicum* ſiue *Hexameter*, uel *Pentameter*, uel *Choriambicus*, cum *Ariſtophanico*, et *Glyconico*, et *Alcaico*, uel *Ionicus a maiore*, uel *Bacchiacus*, *Anapaeſticus*, cet.

§ III IAMBICVS dicitur a frequentia *iambi*. Eſtque, uel *monometros*, uel *polymetros*, *) et hic, uel *catalecticus*, uel *acatalecticus*.

§ III

*) *Metrum* hoc loco dicitur, *complexio duorum pedum.*

GERARD. IOAN. VOSSIVS, *de artium et ſcientiarum natura ac conſtitutione lib.* II, *cap.* 9, § 6, *p. m.* 48. Metrorum non unus eſt inuentor; ſed pro metrorum uarietate ſunt alii, atque alii.

Heroico nihil antiquius apud Graecos. Hoc inuenisſe creditur PHANOTHEA, una ex Apollinis uatibus: quae ſub Abante Argiuo, uel Acriſio, uixisſe dicitur. *Iambum*, ut aiunt, ANANIAS reperit, perfecit ARCHILOCHVS Parius.

Quis

§ IIII *Monometri* figuram habeto illam:

1	2
⏑ —	⏑ —
— —	⏑ ⏑
⏑ ⏑ —	⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑	
Ama	*deum.*
Chriſtum	*colito.*
Homines	*iuua.*
Reliqua	*fugito.*

Quis auctor ſit *Pherecratiti*, *Archilochii*, *Anacreontei*, *Sapphici*, *Phalaecii*, *Glyconii*, *Aſclepiadei*, *Alcmanii*, ipſa appellatione indicari uidetur. Credibile tamen eſt nomen interdum datum, non ab auctore; ſed eo, qui praecipue illud nobilitarit. *Et* § 7: Ex latinis ſcriptoribus artem metricam ſuauisſimis uerſiculis conſtrinxit, TERENTIANVS MAVRVS, Syenes in Agypto praefectus. Proſa de eadem egere, DIOMEDES libro IIII; *duo* MARII, VICTORINVS, *et* PLOTIVS; SERVIVS in centum metris ad Albinum. Adhaec CAESIVS BASSVS, et ATILIVS FORTVNATIANVS,

Vt CENSORINVM praeteream, uel quisquis ille fragmenti a Carrione editi cum Cenſorino auctor. Sed et PRISCIANVS tractauit de metris Comicis; ac particulatim de Terentianis RVFINVS,

Digitized by Google

§ V *Iambici dimetri*, ſiue *Quaternarii* figuram habe illam:

1	2	3	4
⏑ —	⏑ —	⏑ —	⏑ —
— —	⏑ ⏑ ⏑	— —	⏑ ⏑
⏑ ⏑ —		⏑ ⏑ —	⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑		⏑ ⏑ ⏑	
		— ⏑ ⏑	

O lux	*bea*	*ta tri*	*nitas* cet.
Ni fal	*lor baud*	*ullam*	*tuus.*
ſignat	*deus*	*pecu*	*niam.*
Nec quum	*ueni*	*ret au*	*reos*
ſecum	*Philip*	*pos de*	*tulit:*
praece	*pta ſed*	*uerbis*	*dedit*
ina	*nis a*	*marſu*	*pio.*

PRVDENT. *peri Steph.* hymn. II, 99 HORAT. *Epod.* II.

§ VI *Iambici trimetri*, ſiue, *ſenarii*, figura eſt illa:

1	2	3	4	5	6
⏑ —	⏑ —	⏑ —	⏑ —	⏑ —	⏑ —
— —	⏑ ⏑ ⏑	— —	⏑ ⏑ ⏑	— —	⏑ ⏑
⏑ ⏑ —		⏑ ⏑ ⏑		⏑ ⏑ —	⏑ ⏑ ⏑
⏑ ⏑ ⏑		— ⏑ ⏑		— ⏑ ⏑	
		⏑ ⏑ —		⏑ ⏑ —	


Vis u	*na Pa*	*tris uis*	*et u*	*na ſi*	*lii,*
Vnus	*que ab u*	*no lu*	*mine*	*ſplendor*	*ſatus,*
Pleno	*reful*	*ſit cla*	*vita*	*tis lu*	*mine.*

PRVD.

PRVD. *p. Steph.* hymno $\overline{X}$, 321. Sed CIC. $\overline{II}$ *Tuſc.* 8.


O mul ta dic tu graui a per peſſu a ſpera
quae cor pore ex ancla to atq: ani mo per tuli.
Nec mihi Iuno nis ter ror im placa bilis
nec tan tum inue xit tri ſtis Eu ryſtheus mali cet.

§ $\overline{VII}$ *Iambici tetrametri*, ſiue *octonarii* figura:




Audi Deus preces meas pro gra tia tua libens:
nam ſi tua noſter labor cura uacat; fruſtra ſumus

§ $\overline{VIII}$ Iambico cognatus eſt primum, ANACREONTICVS, cuius figura illa obſeruanda eſt;




Felix erit mode ſtus

§ $\overline{VIIII}$ Deinde SCAZON, ſeu *Choliambus.* Nam eſt *Iambicus Senarius*; niſi quod quinctus pes ſemper Iambus eſt, ſextus autem uel Trochaeus, uel Spondaeus. En figuram:




Omnis ſalus eſt ſem per a Deo noſtro.
Quare Deo ſemper fidem bonam praeſta.

§ X. TROCHAICI OCTONARII genus uſitatiſſimum eſt *catalecticum*, ex hac figura noſcitandum:



Fulmen eſt, ubi cum po teſta te habitat ira cundi a.
GABRIEL FAERNVS
Dica tunc be are uitam, fata cum per acta ſunt.
Ex AVSONIO paullum immutato.

§ XI TROCHAICI OCTONARII, ſiue Trochaici tetrametri *acatalecti*, figuram iſtam habent:



Ipſe ſummis ſaxis fixus aſpe ris a uiſce ratus,
latere pendens, ſaxa ſpargens tabo ſa nie et ſangui ne atro.

Vide BENTLEIVM ad *quaeſt. Tuſcul.* I, c. 44.

Digitized by Google

§ XII Eſt etiam genus uerſuum *Trochaicorum*, ITHYPHALLICVM, dictum. Schema eorum eſt:

1	2	3
— ∪	— ∪	— ∪

Chriſte fac be atum,
quidquid audit usquam
ſancta uerba Paulli.

§ XIII Datur etiam genus *Trochaicum dimetrum catalecticum.* Figura eius eſt:

1	2	3	4
— ∪	— ∪	— ∪	∪ / —

Sancte Spiriti tus De i,
corda noſtra conſe cra.

§ XIIII PHALAECIVS, uel *Hendecaſyllabus*, *) uerſus: conſtat quinque pedibus, hac figura:

1	2	3	4	5
— — / *raro* / — ∪ / ∪ —	— ∪ ∪	— ∪	— ∪	— ∪

Sed ne tempore non tu o di ſertam
pulſes ebria ianu am, ui deto. MARTIAL.

 § XV

*) *Hendecaſyllabi* nomen, frequentiſſimum eſt apud ueteres, PLIN. IVN., et alios.

§ XV SAPPHICVS, etiam *Hendecaſyllabus* dictus, illa utitur forma pedum:

1	2	3	4	5
— ◡	— —	— : ◡ ◡	— ◡	— ◡ — —

Voſſi	*o, Mu*	*ſae thala*	*mum pa*	*rate,*
mox e	*nim uo*	*bis pari*	*etur*	*ingens*
turba	*nato*	*rum: quibus*	*omnis*	*artis*
			fama	*parata eſt.*
Sin mi	*nus iam*	*uos moue*	*at bo*	*num omen*
nomi	*nis pla*	*ne gemi*	*nis: ſci*	*atis,*
calli	*dam uul*	*pem lepo*	*res in*	*ertes*
			gignere	*nunquam.* *)

Hot in genere plerumque tertio cuique uerſui *adonicus* ſubiicitur, ut exemplum noſtrum docet.

§ XVI ADONICVS duobus pedibus conſtat, quos figura ſubiuncta docet:

1	2
— ◡ ◡	— — — ◡
Auolat	*aetas*
ocyus	*euro.*

Videatur quoque BOETHIVS de *conſolatione philoſoph.* lib. I, metr. 7.

§ XVII

*) Hoc primum carmen noſtrum, *inquit* SVARTIVS, quod olim editum eſt, nunc paullo interpolauimus.

§ XVII *Adonico* ſimilis eſt, PHERECRATIVS, qui tribus conſtat pedibus ultimis hexametri, hunc in modum:

1 | 2 | 3
— — | — ◡ ◡ | — ◡
— — | | — —

Gaude mus noui tate
lauda mus uetus aurum.

HORAT. IIII, *od.* 13, *us* 3:

Vis for moſa ui deri.

§ XVIII Item ARCHILOGIVS, qui iſta figura gaudet:

1 | 2 | 3
— ◡ ◡ | — ◡ ◡ | ◡ —

O ſoci i fugi te
o t ia uina lu pum.

HORAT. IIII, *od.* 7, *us.* 16

Puluis et umbra ſu mus.

§ XVIIII Etiam uerſus *heroicus tetrameter.*

1 | 2 | 3 | 4
— ◡ ◡ | — ◡ ◡ | — ◡ ◡ | — ◡
— — | — — | | — —

Triſtia ferme - triſtia non ſunt:
ſed bona mox coa ceſcere uidi.

HORAT. I, *od.* 7.

Ibimus,

Ibimus, et ſoci i comi teſque,
o for tes pe ioraque paſſi.

§ XX Verſus quoque *dactylicus Alemanicus*, cuius iſta eſt figura.

1	2	3	4
— ◡ ◡	— ◡ ◡	— ◡ ◡	— ◡ ◡
— —	— —	— —	

Te nihil eſt to to orbe ſce leſtius
et uis a cum ctis di ci pius.

Paullo aliud genius *Alemanici uerſus*, *uide* apud HORAT. *libr.* I, *od.* 9.

§ XXI Denique uerſus *dactylicus Ithyphallicus*, cuius iſtam tene figuram:

1	2	3	4
— ◡ ◡	— ◡ ◡	— ◡ ◡	◡ —
			◡ ◡

Deſpit ore ma nuque re probus.

BOET. *lib.* III, *metr.* 1.

Qui ſere re ingenu um uolet agrum,
liberat arua pri us fruti cibus,
falce ru bos, fili cemque re ſecat,
ut noua fruge gra uis Ceres eat.

§ XXII *Hexameter*, ſeu *heroicus* uerſus ex iſta figura cognoſcitur optime.

1	2	3	4	5	6
— —	— —	— —	— —	— ◡ ◡	— —
— ◡ ◡	— ◡ ◡	— ◡ ◡	— ◡ ◡		— ◡

Optima

Optima quaeque di es miſe ris mor talibus aeui
prima fu git; ſube unt mor bi tri ſtisque ſe nectus,
et labor et du rae rapit inclē mentia mortis.

VIRGIL. III *georg.* 66.

Rarius Hexameter in quinta regione habet ſpondaeum, et tum plerumque dactylus eſt in quarta regione Ipſe autem uerſus *Spondaicus* dicitur. u. g.

Huius pars.uu. dae lae. uum tĕnēt Ōri onis
lapſa pedem.

GERMANICVS *phaen. Arat. u.* 365.

Inde liquor genitus nomēn tĕnĕt Hīppŏcrenes.

Dactylus tamen etiam in quarta regione non nunquam deſideratur. u. g.

Perque hiemes aeſtusque et inaequāles auctumnos.

OVID. I *metam.* u. 117.

Regia fulgenti ſplendēnt aūro ātquę argento.

CATVLL. *pag.* 177.

Rariſsime *pro ſpondaeo* ultimae regionis *iambus* ponitur: et tum uerſus μείουρος uocatur. u. g.

Hymnum quando chorus feſto canit ore Triuiae.

TERENTIAN. MAVRVS

§ XXIII *Pentameter* quinque pedibus conſtat. Noſcitabitur ex ſubiecta forma:

Colligit

Ciuitati praeſidium cura dei parauit

§ XXX IONICVS A MAIORE, habet formam in ſequentem:

1	2	3	4
– – ◡ ◡	– – ◡ ◡	– ◡ – ◡	– – / – ◡

Stultis opu lentus modo dicitur be atus.

§ XXXI IONICVS A MINORE, iſtam figuram praebet;

1	2	3	4
◡ ◡ – –	◡ ◡ – –	◡ ◡ – –	◡ ◡ – –

Opulentus modo ſtultis uideatur Deo amicus.

§ XXXII BACCHIACVS, uerſus tetrameter, iſto modo utitur:

1	2	3	4
◡ – –	◡ – –	◡ – –	◡ – –

Nolite bo ſpites ad me adire il lico iſtici
ne conta gio mea bonis um braue obſtit:
meo tan ta uis ſcele ris in cor pore haeret.

Vide BENTLEIVM ad *Tuſcul. quaeſt.* III, *cap.* 12, *pag.* 49; nam in prima regione e Latinis etiam Moloſſum admitti putat.

§ XXX ANAPAESTICI PARTHENAICI forma iſta eſt:

Nihil

1	2	3	4
⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑
– –	– –		–

Nihil o mni ex par te bea tum.

§ XXXIIII ANAPAESTICI ARISTOPHANICI, ſeu ARCHILOCHII forma iſta obſeruator:

1	2	3	4
⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑
– –	– –	– –	– –

Fatis agimur: cedite fatis
non ſol licitae poſſunt curae
muta re rati ſtamina fuſi
quidquid patimur morta le genus
quidquid facimus uenit ab alto. SEN. *Oed. uſ.* 980

§ XXXV Dantur etiam *uerſus e duobus generibus* miſti: u g HORAT. *lib.* I *od.* 4, ex heroico tetrametro et Ithyphallico:

Soluitur acris biems grata uice Veris et Fauori.

Sic *Epod.* XIII ex Iambico quaternario et clauſula Pentametri:

Niuesque deducunt Iouem. Nunc mare, nunc ſiluae.

§ XXXVI Ipſa quoque *uerſuum genera permiſcentur,* u. g. Iambicus ſenarius et quaternarius apud HOR. *epod.* IIII, adde III, V, cet.

1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6
⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ —

et

1 | 2 | 3 | 4
⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ —

Lupis et a gnis quan ta ſor tito ob tigit.
Tecum mibi discor dia eſt.

§ XXXVII *Trochaicus quaternarius catalecticus* cum *Iambico ſenario catalectico*, apud HORAT. II. *od.* 18.

1 | 2 | 3 | 4
— ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | ⏑

et

1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6
⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑

Non e bur neque aure um
mea reni det in domo lacu nar.
Non tra bes Hy metti ae
premunt colu mnas ul tima reci ſas cet.

§ XXXVIII *Hexameter* et *Iambicus quaternarius*, apud HORAT. *epod.* 14.

Mollis in ertia cur tan tam dif fudent imis
obli uio nem ſen ſibus.

§ XXXVIIII *Hexameter* et *Iambicus ſenarius*, apud HORAT. *epod.* 16


Altera

Altera iam teri tur bel lis ci uilibus aetas,
ſuis et i pſa Ro ma ui ribus ruit.

§ XXXX *Hexameter* cum *Archilochio*, apud HORAT. IIII *od.* 7

Diſſu gere ni ues: rede unt iam gramina campis
arbori busque co mae.

§ XXXXI *Hexameter* et *Pentameter*, hac forma:



et



Quam nul lis meri tis ſis nactus munera tanta:
hoc ſal tem di gnum munere crede tu o
Quam ſie ri pote rit, pau ciſſima prodito ſcripta,
ne pue rum uide ant, qui uolu ere ui rum.

Hoc genus uerſuum miſtorum dicitur, *Elegiacum.*

§ XXXXII *Sapphicum* et *Adonicum*, hac forma:



et

1 | 2
– ⏑ ⏑ | – – / – ⏑

Rebus *angu* *ſtis ani* *moſus* *atque*
fortis *appa* *re ſapi* *enter* *item*
contra *bes nen* *to nimi* *um ſe* *cundo*
turgida *uela.* HO RAT.

§ XXXXIII *Glyconicum* cum *Aſclepiadeo*, apud HO RAT. *lib.* I *od.* 3

Nauis *quae tibi cre* *ditum*
debes *Virgilium:* *finibus At* *ticis*
Reddas *incolumem,* *precor*
et ſer *ues animae* *dimidium* *meae.*

§ XXXXIIII Verſus Aſclepiadei et Gl. Vel alio modo, *Aſclepiadeus* cum *Glyconico*, apud HORAT. I *od.* 6

Scrbe *ris Vario* *fortis et ho* *ſtium*
uictor *Maeonii* *carminis a* *lite*
quam rem *cunque* *ferox* *nauibus aut* *equis*
miles, *te duce,* *ges* *ſerit.*

§ XXXXV Verſus *Ariſtophanicus dimeter acatalecticus* cum *Choriambico Alcaico tetrametro*, apud HORAT. I *od* 8

Lydia

Lydia dic per omnes
te deos o ro, Sybarim cur properes amando
perdere cet.

§ XXXXVI Verſus *Aſclepiadei duo* et *Pherecratius* et *Glyconicus*, apud HORAT. I *od.* 21.

Dianam	*tenerae*	*dicite uir*	*gines,*
inton	*ſum pueri*	*dicite Cyn*	*thium,*
lato	*namque*	*Ju*	*premo*
dile	*ctam*	*penitus*	*Ioui.*

§ XXXXVII Verſus *duo priores Alcaici*, *Iambicus dimeter Hypercatalecticus* et *Alcmanius*, apud HORAT. I *od.* 9

Vides	*ut al*	*ta ſtet*	*niue can*	*didum*
Sora	*cte nec*	*iam*	*ſuſtineant*	*onus*
ſilua	*labo*	*rantes,*	*gelu*	*que*
flumina	*conſtite*	*rint a*	*cuto.*	

Sic plura item alia genera coniungi posſunt, et e ueteribus coniunxit BOETHIVS de *conſolatione.*

SECTIO V

DE

RELIQVIS NOMINIBVS VERSVVM

§ I VERSUS *ἰσόποδες*, *parium pedum*, dicuntur, quae uel Dactylis modo, uel Spondaeis, uel Iambis, uel Trochaeis, cet. conſtant.

§ II *Alternati*, ubi Dactyli et Spondaei, Iambi et Tribraches, Trochaei et Spondaei, cet. alternis ponuntur. u g.

Quod ſi nube nigra ſolis uia forte latebit
GERM. *Phaenom. Arat. us.* 570

§ III *Illibati*, ſiue *Perfecti*, qui nulla contractione, nec eliſione deformentur, nec alio uitio ullo. u. g. VIRG. II *aen.* 3:

Infandum, Regina, iubes renouare dolorem.

§ IIII His opponuntur, *Aſperi*, qui eliſionibus et ſimilibus uitiis inquinantur. u. g.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.
VIRG.

§ V Item *Bucolici*, quum hexametri pes quartus, eſt dactylus unius dictionis. u. g.

Aurigae

Aurigae pedibus trux adiacet ignea taurus
cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.

GERM. *Phaenom. Arat. us.* 173, 174

§ VI *Retrogradi*, qui retro lecti, eadem uocabula reddunt. u. g.

Signa te ſigna temere me tangis et angis.

Item:

Otto tenet mappam, madidam mappam tenet Otto.

§ VII *Aequidici*, quorum ſingula uocabula iisdem litteris inchoantur. u. g.

Pennis pendere putares
pendebant pennis. OVID.

NAEV. apud FESTVM
Libera lingua loquuntur ludis liberalibus.

Vid. VOSS. IIII *inſt. orat.* 2, *n.* 3
Mala mali malo meruit mala maxima mundo.

§ VIII *Leonini*, *) ſeu, *rhythmici*, germanice Knittelverſe, qui ſono mediorum et extremorum uocabulorum congruunt. u. g. HORAT. *lib.* I *ep.* 14, *us.* 6:

 Fratrem

*) Celeberr. C. A HEVMANNVS, *primitiis Goettingenſib pag.* 264, obſeruat. *verſus Leoninos*, nomen accepiſſe a LEONE quodam, huius ſaeculi (XII) poeta inſigni, eodemque duorum regum Gothorum à conſiliis. Conf. eiusd. *conſpectus rei publ. litter cap.* V,

Ibimus, et ſoci i comi teſque,
o for tes pe ioraque paſſi.

§ XX Verſus quoque *dactylicus Alemanicus*, cuius iſta eſt figura.

1	2	3	4
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑
– –	– –	– –	.

Te nihil eſt to to orbe ſce leſtius
et uis a cun ctis di ci pius.

Paullo aliud genius *Alemanici uerſus*, *uide* apud HORAT. *libr.* I, *od.* 9.

§ XXI Denique uerſus *dactylicus Ithyphallicus*, cuius iſtam tene figuram:

1	2	3	4
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	⏑ –
			⏑ ⏑

Deſpit ore ma nuque re probus.

BOET. *lib.* III, *metr.* 1.

Qui ſere re ingeni um uolet agrum,
liberat arua pri us fruti cibus,
falce ru bos, ſili cemque re ſerat,
ut noua fruge gra uis Ceres eat.

§ XXII *Hexameter*, ſeu *heroicus* uerſus ex iſta figura cognoſcitur optime.

1	2	3	4	5	6
– –	– –	– –	– –	– ⏑ ⏑	– –
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑		– ⏑

Optima

Optima quaeque di es miſe ris mor talibus aeui
prima fu git; ſube unt mor bi tri ſtisque ſe nectus,
et labor et du rae rapit inclę mentia mortis.

VIRGIL. III *georg.* 66.

Rarius Hexameter in quincta regione habet ſpondaeum, et tum plerumque dactylus eſt in quarta regione Ipſe autem uerſus *Spondaicus* dicitur. u. g.

Huius pars um dae lae uam tenet Ori onis
lapſa pedem.

GERMANICVS *phaen. Arat. u.* 365.

Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenes.

Dactylus tamen etiam in quarta regione non nunquam deſideratur. u. g.

Perque hiemes aeſtusque et inaequales auctumnos.

OVID. I *metam.* u. 117.

Regia fulgenti ſplendent auro atque argento.

CATVLL. *pag.* 177.

Rariſsime *pro ſpondaeo* ultimae regionis *iambus* ponitur: et tum uerſus μείουρος uocatur. u. g.

Hymnum quando chorus feſto canit ore Triadaε.

TERENTIAN. MAVRVS

§ XXIII *Pentameter* quinque pedibus conſtat. Noſcitabitur ex ſubiecta forma:

Colligit

1	2	3	4	5	6
– ⏑ ⏑ / – –	– ⏑ ⏑ / – –	–	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– / ⏑

Colligit auctu mnus: lectare condit hi ems.

Epigr. uett. lib. IIII, *pag.* 145

Mors eſt iam requi es: uiuere poena mi hi.

MAXIMIAN. *eleg.* I, 4.

OVID. de *remed. amor.* V, 421:

A cane non ma gno ſaepe te netur a per.

ID. I de *Ponto* eleg. 4, us. 18

Inter dum do cta plus ualet arte ma lum.

§ XXIIII CHORIAMBICVS uerſus dicitur, in quo choriambi regnant. Praecipuum genus eſt *aſclepiadeum*, cuius forma eſt illa:

1	2	3	4
– –	– ⏑ ⏑ –	– ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ / – –
Dignum	*laude uirum*	*Muſa uetat*	*mori.*
Coelo	*Muſa beat.*	*Sic Iouis in*	*ter eſt.*
Opta	*tis epulis*	*impiger Her*	*cules.*

HORAT. *carm. lib.* IIII, od. 9

§ XXV Alterum genus eſt uerſus *Ariſtophanicus*, a poeta Ariſtophane dictus, cuius formam illam ſigno:

1	2
– ⏑ ⏑ –	⏑ – –
Pacis amor	*beatus.*

§ XXVI

§ XXVI Tertium genus eſt uerſus *Glyconius*, a poeta Glycone nominatus. Forma eſt iſta:

1	2	3
– –	– ⏑ ⏑ –	⏑ – / ⏑ ⏑

Virtu tem incolumen o dimus.

HORAT. III *od.* 24, 25.

§ XXVII Quartum genus eſt uerſus *alcaicus* a poeta *Alcaeo* dictus, cuius farmam deſcribo illam:

1	2	3	4
⏑/– –	⏑ – –	– ⏑ ⏑ –	⏑ – / ⏑ ⏑

Virtus beatos redidit u nice

Sic HORAT. I, od. 27, 29, 31; et II, od. 3, 5, 6; et III, 13, 26; et IIII, 4, 9.

§ XXVIII Eſt etiam *alterum genus* uerſus *Alcaici*, cuius formam ita exprimimus:

1	2	3	4	5
– –	– ⏑ ⏑ –	– ⏑ ⏑ –	– ⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ / ⏑ –

Non eſt in medico ſemper ut ae grum reuelet ſatis.

Sic HORAT. I, od. 18, et IIII, od. 10

§ XXVIIII Vltimum genus ex iſta forma noſcitabitur:

1	2	3	4
– ⏑ – –	– ⏑ ⏑ –	– ⏑ ⏑ –	⏑ – –

Ciuitati

Ciuitati praeſidium cura dei parauit

§ XXX IONICVS A MAIORE, habet formam inſequentem:

1	2	3	4
— — ⏑ ⏑	— — ⏑ ⏑	— ⏑ — ⏑	— — / — ⏑

Stultis opu lentus modo dicitur be atus.

§ XXXI IONICVS A MINORE, iſtam figuram praebet;

1	2	3	4
⏑ ⏑ — —	⏑ ⏑ — —	⏑ ⏑ — —	⏑ ⏑ — —

Opulentus modo ſtultis uideatur Deo amicus.

§ XXXII BACCHIACVS, uerſus tetrameter, iſto modo utitur:

1	2	3	4
⏑ — —	⏑ — —	⏑ — —	⏑ — —

Nolite bo ſpites ad me adire il lico iſtic
ne conta gio mea bonis um braue obſtit:
meo tan ta uis ſcele ris in cor pore haeret.

Vide BENTLEIVM ad *Tuſcul. quaeſt.* III, *cap.* 12, *pag.* 49; nam in prima regione e Latinis etiam Moloſſum admitti putat.

§ XXX ANAPAESTICI PARTHENAICI forma iſta eſt:

Nihil

1	2	3	4
⏑⏑–	⏑⏑–	⏑⏑–	⏑
– –	– –		–

Nibil o mni ex par te bea tum.

§ XXXIIII ANAPAESTICI ARISTOPHANICI, ſeu ARCHILOCHII forma iſta obſeruator:

1	2	3	4
⏑⏑–	⏑⏑–	⏑⏑–	⏑⏑–
–⏑⏑	–⏑⏑	–⏑⏑	⏑⏑⏑
– –	– –	– –	– –

Fatis agimur: cedite fatis
non ſol licitae poſſunt curae
muta re rati ſtamina fuſi
quidquid patimur morta le genus
quidquid facimus uenit ab alto. SEN. *Oed. uſ.* 980

§ XXXV Dantur etiam *uerſus e duobus generibus* miſti: u g HORAT. *lib.* I *od.* 4, ex heroico tetrametro et Ithyphallico:

Soluitur acris biems grata uice Veris et Fauori.

Sic *Epod.* XIII ex Iambico quaternario et clauſula Pentametri:

Niuesque deducunt Iouem. Nunc mare, nunc ſiluae.


§ XXXVI Ipſa quoque *uerſuum genera permiſcentur,* u. g. Iambicus ſenarius et quaternarius apud HOR. *epod.* IIII, adde III, V, cet.

Altera iam teri tur bel lis ci uilibus aetas,
ſuis et i pſa Ro ma ui ribus ruit.

§ XXXX *Hexameter* cum *Archilochio*, apud HO RAT. IIII *od.* 7

Diffu gere ni ues: rede unt iam gramina campis
arbori busque co mae.

§ XXXXI *Hexameter* et *Pentameter*, hac forma:



et



Quam nul lis meri tis ſis nactus munera tanta:
hoc ſal tem di gnum munere crede tu o
Quam ſie ri pote rit, pau cisſima prodito ſcripta,
ne pue rum uide ant, qui uolu ere ui rum.

Hoc genus uerſuum miſtorum dicitur, *Elegiacum.*

§ XXXXII *Sapphicum* et *Adonicum*, hac forma:



et

1 | 2

– ⏑ ⏑ | – – / – ⏑

Rebus angu ſtis ani moſus atque
fortis appa re ſapi enter item
contra bes nen to nimi um ſe cundo
turgida uela. HORAT.

§ XXXXIII *Glyconicum* cum *Aſclepiadeo*, apud HORAT. *lib.* I *od.* 3

Nauis quae tibi cre ditum
debes Virgilium: finibus At ticis
Reddas incolumem, precor
et ſer ues animae dimidium meae.

§ XXXXIIII Verſus Aſclepiadei et Gl. Vel alio modo, *Aſclepiadeus* cum *Glyconico*, apud HORAT. I *od.* 6

Scrbe ris Vario fortis et ho ſtium
uictor Maeonii carminis a lite
quam rem cunque ferox nauibus aut equis
miles, te duce, ges ſerit.

§ XXXXV Verſus *Ariſtophanicus dimeter acatalecticus* cum *Choriambico Alcaico tetrametro*, apud HORAT. I *od* 8

Lydia

Lydia dic per omnes
te deos o ro, Sybarim cur properes amando
perdere cet.

§ XXXXVI Verſus *Aſclepiadei duo* et *Pherecratius* et *Glyconicus*, apud HORAT. I *od.* 21

Dianam	*tenerae*	*dicite uir*	*gines,*
inton	*ſum pueri*	*dicite Cyn*	*thium,*
lato	*namque*	*ſu*	*premo*
dile	*ctam*	*penitus*	*Ioui.*

§ XXXXVII Verſus *duo priores Alcaici*, *Iambicus dimeter Hypercatalecticus* et *Alcmanius*, apud HORAT. I *od.* 9

Vides	*ut al*	*ta ſtet*	*niue can*	*didum*
Sora	*cte nec*	*iam*	*ſuſtineant*	*onus*
ſilua	*labo*	*rantes,*	*gelu*	*que*
flumina	*conſtite*	*rint a*	*cuto.*	

Sic plura item alia genera coniungi posſunt, et e ueteribus coniunxit BOETHIVS de *conſolatione*.

SECTIO V

DE

RELIQVIS NOMINIBVS VERSVVM

§ I VERSVS *ἰσόποδες*, *parium pedum*, dicuntur, quae uel Dactylis modo, uel Spondaeis, uel Iambis, uel Trochaeis, cet. conſtant.

§ II *Alternati*, ubi Dactyli et Spondaei, Iambi et Tribraches, Trochaei et Spondaei, cet. alternis ponuntur. u. g.

Quod ſi nube nigra ſolis uia forte latebit
GERM. *Phaenom. Arat. us.* 570

§ III *Illibati*, ſiue *Perfecti*, qui nulla contractione, nec eliſione deformentur, nec alio uitio ullo. u. g. VIRG. II *aen.* 3:

Infandum, Regina, iubes renouare dolorem.

§ IIII His opponuntur, *Aſperi*, qui eliſionibus et ſimilibus uitiis inquinántur. u. g.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen admentum.
VIRG.

§ V Item *Bucolici*, quum hexametri pes quartus, eſt dactylus unius dictionis. u. g.

Aurigae

Aurigae pedibus trux adiacet ignea taurus
cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.

GERM. *Phaenom. Arat. us.* 173, 174

§ VI *Retrogradi*, qui retro lecti, eadem uocabula reddunt. u. g.

Signa te ſigna temere me tangis et angis.

Item:

Otto tenet mappam, madidam mappam tenet Otto.

§ VII *Aequidici*, quorum ſingula uocabula iisdem litteris inchoantur. u. g.

Pennis pendere putares
pendebant pennis. OVID.

NAEV. apud FESTVM

Libera lingua loquuntur ludis liberalibus.

Vid. VOSS. IIII *inſt. orat.* 2, *n.* 3

*M*ala *m*ali *m*alo *m*eruit *m*ala *m*axima *m*undo.

§ VIII *Leonini*, *) ſeu, *rhythmici*, germanice Knittelverſe, qui ſono mediorum et extremorum uocabulorum congruunt. u. g. HORAT. *lib.* I *ep.* 14, *us.* 6:

 Fratrem

*) Celeberr. C. A HEVMANNVS, *primitiis Goettingenſib pag.* 264; obſeruat. *merſus Leoninos*, nomen accepisſe a LEONE quodam, huius ſaeculi (XII) poeta inſigni, eodemque duorum regum Gothorum à conſiliis. Conf. eiusd. *conſpectus rei publ. litter cap.* V,

Fratrem moerentis, rapto de fratre dolentis.
Tempore felici multi numerantur amici;
quum fortuna perit, nullus amicus erit.

et

Quum canis os rodit: ſocium, quem diligit, odit.

§ VIIII *Temerarii*, qui non cogitanti excidunt. u.
g. TAC. I *ann.* I

Vrbem Romam a principio reges babuere.

LIVIVS

Acturusne operae pretium eſſe.

CAESAR VII *de B. G.*

Sed toto undique muro circumfundi, uiderunt, ueriti, ne omnino.

ID. *de B. C.*

Deiectis, reliquos ſeſe conuertere cogunt.

SAL

V, § 15, *p. m.* 234, *ſqq.* Latinos olim habuiſſe *uerſus rhythmicos*, oſtendit b D. G. MORHOFIVS, tractatu Germanico, *Vnterricht von der Deutſchen Sprach und Poeſie*, part. III, cap. 9, pag. 146; et TRANQVILLVS; *D. Iul. Caeſ.* uita, cap. LI et LXXX, uideatur. ELIAE MAIORIS de *uerſibus leoninis* commentatio Olſnae in Sileſia, ∞ IↃCLII; RENATVS MOREV de *uerſib. leonin.* cap. 4 — 8, prolegom. in ſcholam Salernitanam Pariſiis, ∞ IↃCLXXI, 8; GEORG. CHRISTIAN. GEBAVERI mantiſſa de *l[illegible] ſimilis poeſi i[illegible]*. Tria haec ſcripta, ſunt in GEBAVERI *anthologicarum diſſertatt.* libro. Lipſiae, ∞ IↃCCXXXIII, 8

SALLVST. *B. I.* cap. Ī

Bellum ſcripturus ſum, quod populus Romanus.

QVINCTIL. Ī *inſt. orat.* 6

Plane ſermone, ut numo, cui publica forma eſt.

TVLLIVS ĪĪĪ *de orat.*

Complexi plus multo etiam uidiſſe uidentur,
quam quantum noſtrorum ingeniorum acies.

CIC. *orat.* cap. LVI: Verſus ſaepe in oratione per imprudentiam dicimus, quod uehementer eſt uitioſum, ſed non attendimus, neque exaudimus nosmetipſos.

§ X *Acatalectici*, *Brachycatalectici*, *Catalectici*, *Hypercatalectiui*, qui dicantur, uide; *ſect. ſequent.* § VII, VIII, VIIII

SECTIO $\overline{VI}$

DE
VOCABVLIS QVIBVSDAM ARTIFICIALIBVS VERSVVM

§ $\overline{I}$ In uerſibus obſeruanda ſunt, *Scanſio* et *Caeſura*, et *iuſtus numerus ſyllabarum*, ſiue *iuſta menſura pedum*.

§ $\overline{II}$ *Scanſio*, dicitur iuſta enumeratio pedum, quibus uerſus conſtat. u. g. GERM. *Phaen. Ar.* us. 286:

Tum breuis	*occa*	*ſus or*	*tusque in-*
dactylus	ſpond.	ſpond.	ſpondaeus
		tercipit	*hora*
		dactylus	trochaeus

quum ſol	*ambie*	*rit me*	*tas geli*	*di capri-*
ſpondaeus	dactyl.	ſpond.	dactylus	dactyl.
				corni.
				ſpondaeus,

§ $\overline{III}$ *Caeſura*, eſt uocabulorum interſectio, ad pedum pronuntiandorum elegantiam comparata. u. g. CAES. GERM. *us* 219;

Muſae os fon tes dex tri pedis ictibus hauſit.
Inde li quor geni tus no men tenet Hippo crenes.

VIRG. ecl. $\overline{VI}$, 53:

Ille la tus niue um mol li ful tus hya cintho.

§ $\overline{IIII}$

Digitized by Google

§ IIII *Iuſta menſura pedum* cauet, ne qua ſyllaba redundet aut deſit. Redundare tamen uidemus non nunquam ſyllabam in fine uerſus. e. g. LVCRET. ILI, 77.

Scenai ſpeciem patrum, matrumque Deorumque
inficiunt.

§ V Et tamen, ne quid ſuperuacuum uideatur, uerſus tales fere ſequi debet uocalis.

§ VI Interdum *proceleuſmaticus pes* aequiparatur ſpondaeo uel dactylo, hoc eſt, binae breues ſingulis longis. u. g. LVCRET. III, 384 et 449:

Nec nebulam noctu, nec Aranei tenuia fila.
Corpore, ſic animi ſequitur ſententia tenuis.

§ VII Quum uerſui deeſt in fine ſyllaba, *Catalecticus*, dicitur. Sed deesſe nulli generi ſolet, praeterquam Iambico et Trochaico.

§ VIII Verſus, cui nulla ſyllaba deeſt, *Acatalecticus*, dicitur. Verſus, cui pes deeſt, *Brachycatalecticus*, dicitur.

§ VIIII *Hypercatalecticus*, contra uerſus dicitur, cui una duaeue ſyllabae ſuperſunt ad finem uerſus. Dicitur idem *Hypermeter*.

SE

SECTIO VII

DE

VIRTVTIBVS VERSVVM

§ I *Caeſura*, potiſſimum in *Hexametro* et *Pentametro*, elegans eſt; in *Trochaico*, non item.

§ II Praeſertim tertia regio *Hexametri*, iure quodam ſuo poſtulat *Caeſuram*.

§ III Fuga eiusdem ſoni in medio et extremo uerſu elegans eſt. Ergo caue, uerſus tales, qualis eſt ille:

Contra uim mortis, non eſt medicamen in hortis.

§ IIII Fuga eliſionis ſententiam obſcurantis, et auditu horridioris, et frequentioris grata eſt, praeſertim ab initio et fine uerſus. Ergo caue tales:

Tantum operae impendis tu illis, bone, rebus ineptis!

§ V Fugienda item in uerſu ſunt uitia, quae deformant omnem etiam ſolutam orationem, *obſcuritas*, *ambiguitas*, *multitudo monoſyllabarum*, *ſonus ingratus* et *obſcenus*, cet.

§ VI *Iambicum* uerſum condecorat crebritas Iambi: reliqua pedum licentia non item. Etiam Comicorum et Tragicorum Spondaei, ſunt cauendi.

§ VII

§ VII *Trochaici* uerſus ornamentum eſt, pes quartus integro uerbo terminatus. u. g.

Vnus ille rite uiuit, qui Dei praecepta ſeruat.

§ VIII *Phalaecium*, Caeſura itidem commendat. Trochaeus uel Iambus primae regionis, et Spondaeus ſecundae, uitiat Phalaecium.

§ VIIII *Sapphicum* uerſum commendat Caeſura, poſt alterum pedem. u. g.

Quis Deo noſtro magis eſt timendus?

§ X *Hexameter* praeſertim ac *Pentameter*, ne terminetur uocula monoſyllaba, niſi ſit enclitica, aut duae concurrant monoſyllabae, aut iudicium ac pronuntiatio ſuauitatem ex monoſyllaba percipiat.

§ XI Nec in quadriſyllaba et pentaſyllaba, niſi nomen ſit proprium, aut uerſus ſpondaicus. Sic ſuadet uerſus. GERM. *us.* 217.

Gorgonii haec proles. In Pierio Helicone cet. Item *us.* 547.

Quae mibi dicta canant magnum ſcelus Orionis?

§ XII *Pentametri* prior ſemipes, uocabulo ſuo terminetur. Nam ingrati ſunt uerſus huius generis:

Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis.

§ XIIII *Pentameter* ne terminetur triſyllabo, aut uocabulo plurium ſyllabarum, nec temere adiectiuo, aut participio in *us*.

§ XIIII *Pentameter* finiat orationem: ſaltem colo ut terminari queat, prouidendum eſt.

§ XV *Choriambicus Aſclepiadeus*, uerbo integro terminat alterum pedem elegantisſime. Etiam ſinguli pedes eleganter in ſingula uocabula includuntur.

SE

SECTIO VIII

DE

CARMINE

§ I CARMEN eſt ſatis amplus ad materiam quandam explanandam uerſuum numerus.

§ II Dantur quidem uel breuiora, uel longiora *Carmina*. Sed uix tamen ſatis uſitate duos uel tres uerſus Carmen dixeris.

§ III Carmen ex uno eodemque uerſuum genere conſtans, dicitur *Monocolon*: *) quod ex duobus uerſuum generibus, *Dicolon*: **) quod ex tribus, *Tricolon*: ***) quod ex quatuor, *Tetracolon*. ****)

§ IIII Carmen uariis uerſuum generibus conſtans, quum alternis idem genus uerſuum repetitur, dicitur *diſtrophon*: † quum poſt tertium quemque uerſum idem genus redit, *triſtrophon*: †† quum poſt quartum uerſum, *tetraſtro-*

*) u. g. *Georgica* et *Aeneis* VIRGILII.

**) u. g. *Libri Faſtor.* OVIDII.

***) u. g. HORAT. *Od. l b.* IIII, *od.* 9; III, *od.* 5.

† u. g. apud HORAT. IIII, *od.* 1

†† u. g. apud HORAT. III, *od.* 12; AVSON. in *Prof.* XXI

tetraſtrophon: ††† quum poſt quinctum quemque uerſum, *pentaſtrophon*. *†

§ V. Carmen *ex materia* quam tractat, aliud atque aliud *nomen ſortitur*. Praeſertim, uel *laetandi*, uel *dolendi* argumentum habet.

I LAETA

I *Genethliacum* ſeu *natalitium*, quo de die natali gratulamur. u. g. VIRG. *ecl.* IIII

OVID.

MARTIAL. *lib.* VI, *epigr.* 3

STAT. *lib.* II *ſilu.* 7; IIII, 8; AVSON. *Idyll.* V, et *epiſt.* 1.

In natales recurrentes. u. g. OVID. III *triſt.* 13; V *triſt.* 5

HORAT. *lib.* IIII, *od.* 11

TIBVL. I, 8; II, 2; III, 2; IIII, 5

PROPERT. III, 9

MARTIAL. IIII, 1; VII, 20, 21; VIIII, 40 53; X, 87

II *Epithalamium* ſeu *nuptiale*, uocatur etiam *Talaſſio*, *Hymenaeus*, et *Gamelion*, quo nuptias gratulamur. u. g.

CATVLL.

††† u. g. apud HORAT. *lib.* I, *od.* 6; *libr.* II, 2, et *od.* 15.

*† u. g. CATVLLI *epithal. epigr.* LXI

CATVLL. LVIIII, LX, LXI, LXII

MARTIAL. *lib.* IIII, *epigr.* 13; *lib.* VI, *epigr.* 21.

STAT. *lib.* I *ſilu.* 2

CLAVDIAN.

AVSON. *Idyll.* XIII; C. SOLL. SIDON. APOLLI-NARIS *carm* X, XI, XIIII, XV

S. HIERONYMVS *Canticum Canticorum*, *epithalamion*, ſeu *nuptiale carmen*, per modum dramatis ſcriptum, inſignit.

III *Propempticum*, ſiue *apopempticum*, ſiue *hodoeporicum*, quo abeuntem uotis bonisque ominibus proſequimur. u. g. HORAT *lib.* I *od.* 3, et 35; *lib.* IIII, *od.* 5; *Epod od.* 1; MARTIAL. X, 44; XII, 100; STAT. *lib.* III *ſilu.* 2

Προσευκτικόν. u. g. HORAT. II, *od.* 27 TIBVLL.

IIII *Apobaterion*, ſiue, ἐκβατήριον, quod abeuntes, aut a patria, aut ab aliena terra, abitus ſui teſtimonium eſſe uolunt u. g. VIRG III *aen.* 493; CATVLL. *epigr* XXXXVI; OVID. I *triſt.* 3

V *Epibaterium*, quo redeuntem excipimus. u. g.

HORAT. *lib.* I *od* 36; *lib* I *od.* 7

MARTIAL. VI, 21; XII, 63; VIII, 21; X, 6, 7

VI *Onomaſticum*, quo nominis in ſacro lauacro ſuſcepti iucunditates exponuntur. u. g.

AVG. BVCHNERVS
in nominalem
IOAN. ADAM. SCHERZERI
THEOL. DOCTOR.
ET PROF. PRIM.

Quales Euſebie concipiat preces
SCHERZERO, *modulans Calliope refer,*
nec te fama uiri terreat imparem,
nec laus ſparſa per orbem.

Illi non ſolitum ridet ab aethere,
(o lux fauſta!) iubar. Tura manus ei
ſuffitumque ferunt. Dat Phylire preces,
optans ſaecula Neſtoris:

uotis interea ſollicitat polum,
inſons Euſebies ſcilicet illico
conniuet facilis, uotaque comprobat
non imo tonitru polus.

IDEM
in nomin.
PAVLLI AMMANI
MED. D. ET. P. P. EXTRA
ORDIN.

Dea uatum, cui parent iuga Pindi,
cui fontis celebrati ſalit unda,
cui Muſae chelin aptant, cui pernix equus hinnit.

Celebrabit tuus AMMAN *onomaſma,*
cui praeſes medicorum dedit artes,
cui ſoli latitantes dedit herbas penetrare.

Celebretur

Celebretur quoque toti, Dea, Pindo:
age ſacrum, Dea, plectrum cape prima:
cape plectrum, ſimul omnes animabis, ſcio, Muſas.
Cane: uiuat meus AMMAN! *ſimul illae*
quoque uiuat! replicabunt. Dea rurſus,
cane: uiuat! nihil illae, niſi uiuat! replicabunt.

FIEMMINGIVS
in nominal. diem
PHILIP. CRVSII
Cimbrici legati.

Quatuor integros, quos hic iugulauimus annos,
dum properata pigrum uota moratur iter;
illa tuae, CRVSI, *lux una reſuſcitat aurae.*
hoc tot in annorum ius habet una dies.
Ac quamuis doleam, tantum periiſſe dierum,
laetitia tamen hac eſt dolor ille minor.
Labere, blanda dies, facilique relabere fato,
dumque redis, patriae nos rediiſſe, uide.

VII *Saeculare*, quo collegii, uel aedificii publici, uel utilis artis, uel egregii inuenti, uel inſtituti cuiusuis perpetuitas ſaecularis memoriae proditur. u. g.

HORAT. *carmen ſaeculare*

CATVLL. *lib.* I, ad *Dianam*

De carminib. ſaecularib. uid. ZOSIMVS *lib.* II, CENSORINVS *de die natali* cap. XVII; VALER. MAX. *lib.* II, *cap.* 4; LIV. *lib.* I, *cap.* 24; ALEX. AB ALEX *de genialib. lib.* V, *cap.* 24, *lib.* VI, *cap.* 19.

Huc refer, *Semiſaeculare*, et ſimilia.

VIII *Gratulatio de adepto bonore* et *munere.* u. g. MARTIAL. VIII, 65; XII, 6, 8. STAT. *lib.* IIII, *ſilu.* 1; CLAVD. in III, IIII, et VI *Honorii* conſulatum; nec non in *Polybii* et *Olybrii* fratrum conſulatum. TIBVLL. II, 5, *M. Valer. Coruini Meſſalae filio* gratulatur, quod in collegium quindecim uirorum ſacris faciundis et inſpiciendis libris Sibyllinis cooptatus fuerat. OVID. IIII *ex Ponto* 4, ad *Sextum Pompeium*, conſulem deſignatum.

VIIII *Gratulatio de feſto die*, et in primis, de *noui anni* auſpiciis. u. g.

TIBVLL. III, 1

OVID. I *faſt.*

MART. VIII, 2

X *Gratulatio de quocunque genere felicitatis* aut *euentus optati.*

Item *de conuiuiis*, *amicitiis.*

Quo referatur:

XI *Epinicium*, quo uictori certaminis cuiusdam gratulamur. u. g.

HORAT. *lib.* I, *od.* 27; *Epod. od.* 9; *lib.* III, *od.* (5) 14; *lib.* IIII, *od.* (14) 4

MARTIAL. *lib.* II *epigr.* 2; *lib.* VII ſub initium: *Ecquid Hyperboreis*; *lib.* VII *epigr.* 8

XII

XII *Paean*, *) quo duci bellico uictoriam ex hoſte gratulamur. u. g. HORAT. IIII *od.* 4, et 14.

Huc refer, *gratulationes* et *laudes* pacis.

XIII *Hymnus*, quo DEVS celebratur et eius magnificentia. u. g. HORAT. IIII, *od.* 6; I, *od.* 21; II, *od.* 19; III, *od.* 18; AVSON. ephemeride; CLAVD. PRVDENT. *cathar.* 10

XIIII *Soterion*, quo DEI praedicatur benignitas in nobis Spiritu ſuo colluſtrandis, periculis morborum et uexationum depellendis, cet. u. g. HORAT. I *od.* 36; III, *od.* 8, et 14; MARTIAL. XI, 37; STAT. I, *ſilu.* 4

XV *Encomiſticum*, quo laudes alicuius perſequimur. u. g. HORAT. I, *od.* 12; IIII, *od.* 5 et 15; PRVDENT. in martyrum honorem.

In primis *Epicum*, **) laudes heroum, principum, procerum complexum.

VIRGIL. STATIVS, LVCANVS

*) Ἀπὸ τοῦ παύειν ἢ λοιμὸν ἢ πόλεμον, mente ARISTOPHANIS ſcholiaſt. deriuatur.

**) RENATVS LE BOSSV de *poemate epico*; Pariſ. CIƆIƆCLXXV, et CIƆIƆCLXXXXIII, 12, et Hagae Com. CIƆIƆCCXIIII, 8; PETRI MAMBRVNI diſſ. de *epico carmine*. Pariſ. CIƆIƆCLII, 4; IAC. MASENIVS de *heroica poeſi*. Coloniae. CIƆIƆCLXI, 12

XVI *Panegyricum*, quo in conuentu honoratiorum facta, uel perſonas illuſtres celebramus. u. g. HORAT. I, *od.* 12; II *od.* 2; IIII, *od.* 4, 14, 15; TIBVLL. IIII, 1; *) CLAVD. in laudem *Stiliconis*, *Honorii.*

XVII *Eucharisticum*, quo gratias perſoluimus beneficis. u. g.

VIRGIL. I *Aen* 602-610

HORAT. *lib.* IIII, *od.* 3

AVSON. *gratiar. act.* ad *Gratianum.*

Interdum in non ingrati animi monumentum Deo uel homini munus aliquod offerebatur. Sic HORAT. *lib.* III *od.* 22, Dianae pinum conſecrat. STAT. *lib.* IIII, *ſilu.* 2.

XVIII *Paedeuterium*, quo doctoribus, pro inſtitutione gratias agimus. u. g. PERSIVS *ſat.* V

XVIIII *Elogia litteraria*, quibus libros commendamus. u. g.

BARLAEVS
in poemata
REINERI NEVHVSII

Cur hederam doctis poſcis, REINERE, *libellis?*
non opus eſt hedera deficiente tibi.

Ipſe

*) Illud certe negari nequit, *inquit*, *cl.* CHRISTIAN. GOTTLOB HEYNE, nimis tenue et ieiunum, ſterile et parum ingenioſum, magis rhetoricum, quam poeticum, ſaepe puerile eſſe hoc carmen.

Ipſe tuo radias uates fulgere. Faceſſant
lumina luminibus non ſatis aequa tuis.
Scandere Parnaſſum nuper mihi uiſus, in ipſo
culmine ſtas, et iam celſior ire paras.
Deficiunt apices. Noſter miratur Apollo,
talia naſcentes ſcribere poſſe ſcholas.
Nam poſtquam ſapuit ſub te rectore iuuentus,
ipſa domus Phoebi Cirrha relicta fuit.

BOXHORNIVS
in epigrammata
ADR. HOFFERI
de
ſiccitate
anni CIϽIϽCXXV

Qui memoras ſiccae, uates, diſpendia terrae,
in numeros ſiccas non finis ire manus.
Quaeris aquas toto perfuſus flumine uatum,
potor Hyantaeae non periturus aquae.
Et tales effundis aquas in carmina. Tales,
quo plus potantur, plus ſitiuntur aquae.

CABILLAVIVS
in Admiranda
LIPSII

Erue ſemirutas alto de puluere turres,
Roma, tibi iuſto uindice ſurget honos,
te tumulo attollet. Maior pater iſte Quirino.
Te naſci bis iuſſit, te uetat ille mori.

HVGO GROTIVS
in libros
GER. IO. VOSSII
de
arte poetica.

Accipe praeclaram fingendi carminis artem,
ſeu canis heroum geſta ſonante tuba;
ſeu tua ſublimi bacchatur Muſa cothurno,
ſeu placet Actaeo quae ſole ſcena madet;
ſiue Lycambeo ſpargis lita ſanguine tela,
ſeu facit aeternum flens elegia pedem;
ſeu ſatiris gaudes, ſeu uis epigrammate noſci,
pectine Pindarico ſeu iuuat icta chelys;
VOSSIVS *his normam dedit, et, quae magna putares*
ſingula, non magnus dat tibi cuncta liber.

XX *Iconographicum*, quo celebris cuiusdam uel illuſtris hominis imagini encomium impertitur. u. g.

MARTIAL. *lib.* VIIII, *epigr.* 74, 76, 78; *lib.* XI, *epigr.* 10.

XXI *Scolium*, eſt carmen, quod in conuiuiis canebatur, quo uel fortium uirorum laudes celebrabantur, uel aliae ſententiae ad recte uiuendum introducuntur. u. g. HORAT. I *od* 37; II, *od.* 11, In laudem uillae, HORAT. I, *od.* 7, et 17; II, *od.* 6. Fonti laudes dicit, HORAT. III, *od.* 13

XXII *Dedicatorium*, quo librum cuidam inſcribimus. u. g. CATVLL. ad *Corn. Nep.* III, 2; V, 2 AV

SON.

SON. ad. *Latin. Drepan. Pacat.* TIBVLLVS I, 9, 29, Veneri palmam conſecrat.

XXIII *Protrepticum*, quum alios ad aliquid ſuſcipiendum impellimus. u. g. HORAT. *Epod* od. 16; *lib.* I, *od.* 27; *lib.* II, *od.* 1 et 14; *lib.* IIII, *od.* 5.

XXIIII *Paraeneticum*, quo prudentiae praecepta continentur. u. g. HORAT. I, *od.* 11; II, *od.* 10, 11; III, *od.* 6.

II TRISTIA

I *Epicedium*, ſeu *Funebre*, ſeu *Lugubre*; *Nenia*, dicitur a νείατον, ultimum. Vid. QVINCTIL. VIII, *i. o.* 2. u. g. HORAT. I, *od.* 24; II, *od.* 9; AVSON. *Idyll.* 2; MART. V, 38, et 50; VI, 68, 85; VIIII, 88; X, 50; STAT. I *ſilu.* 1; II, 8; III, 5; V, 3, 5; PRVDENT. *cathem.* X; OVID. II *amor.* 6, in mortem pſittaci, et III *amor.* 9, TIBVLLI obitum deflet; ad *Gallionem* de coniugis illius morte, IIII *de Ponto* 11.

II *Threni*, carmen, interitum magni principis, exercitus, regionis, urbis, deplorans. u. g. OVID. I *triſt.* 3; Incerti auctoris ad *Liuiam Aug.* conſolatio; diuini uatis IEREMIAE *threni.*

III *Epitaphium*, carmen lapidi ſepulcrali inſcriptum. u. g. VIRG. *ecl.* V, *u.* 42-45; MARTIAL. I, 88; VI, 28, 52, 76; VII, 39, 40, 96; VIIII, 29, 30; X, 53, 61, 63, 67; XI, 14, 92; XII, 52. AVSON. *epitaph.* CATVLL. CI

 Epitaph.

Epitaph. *canis.* MARTIAL. XI, 70

IIII *Lamentum*, carmen de infortunio hominis, reiue, aut facti dolens. u. g. CATVLL. I, 3

Huc refer cantica poenitentiam peccatorum teſtantia, deteſtantia foeditatem flagitiorum, deprecantia poenas.

V *Vituperium* uitiorum et facinorum quorumuis. Quorſum *Satirae* *) pertinent. u. g. HORAT. IVVENAL.

---

*) IO. ANT. VVLPII liber de *ſatirae Latinae* natura et ratione, eiusque ſcriptoribus, qui ſuperſunt, HORATIO, PERSIO, IVVENALE, ubi eorum uirtutes et uitia aequa lance perpenduntur, tempora IVVENAL. contra ueterum et recentiorum errores accurate notantur et ſtabiliuntur; item eiusdem VVLPII paraphraſis perpetua, et commentarius uberrimus in X ſatiram IVVENALIS. *Patauii*, ∞IↃCCXXXXIIII, 8

IS. CASAVBONVS de ſatirica Graecorum poeſi et Romanor. ſatira. *Pariſ.* ∞IↃCCV, 8. Eſt quoque in THOMAE CRENII *muſeo philologico et hiſtorico*, Lugd. Batau. ∞IↃCLXXXXVIIII, 8, et cum notis TH. CRENII et IOAN. IACOB. RAMBACHII, Halae Magdeb. ∞IↃCCLXXIIII, 8 mai

CHRISTIANI SKOVBOE *diſſertat.* de ſatirae origine. *Hafniae*, ∞IↃCCI, 4

DAN. HEINSII libb. II de *ſatira Horatiana.* Lugd. Bat. ∞IↃCXXVIIII, 8. Et ſine loco et anno, 8; inſuper in editione HORAT. carmin. Lugd. Batau. ∞IↃCXX, 12.

Satiram

NAL. PERS. SVLPICIAE *ſatira*, de ſtatu rei publicae Rom. temporibus Domitiani.

III MODVS ITEM ELABORANDI CARMINA (quae a non nullis *technopaegnia* uocantur) VARIAT EORVM NOMINA.

Ita habemus

I *Acroſticha* ſiue *Acroſtichides*, quum primae litterae ſingulorum uerſuum nomen quoddam exhibent. u. g. SEDVLII *hymnus* II; PORPHYRII *panegyr.* PLAV TI *comoediarum argumenta.*

Acroſticha, ſimul *Telioſticha*, a quibusdam artificioſisſimi luſus habentur. u. g.

IANI SECVNDI
in
NICOLAI EVERARDI
topicorum legalium
commendationem.

N *ico-*

Satiram IVVENALIS poculiari diſſert. explicauit NICOL. RIGALTIVS, quam editioni IVVEN. addidit. Pariſ. ꝏIↃCXIII, 12; HENRIC. quoque CHRISTIAN. HENNIVS ſplendid. ſuae edit. IVVENALIS adiecit Vltraiecti, ꝏIↃCLXXXV, 4 mai.

FR. RAPPOLTI disp. de *ſatiris.* Lipſ. ꝏIↃCLXVI, 4

GOTLIB GVILIELMI RABENERI prologus *de ſatirae abuſu*, prima eſt eiusdem ſatirarum parte, pag. 1-46. Lipſ. ꝏIↃCCLVII, 8 mai.

N	*icoleos uario longo quaeſita labor* - - -	E
I	*ſta dat, extrema iam renouata man* - -	V
C	*auſa noui ſtudii, iuuenes curaequae reſumta* -	E
O	*ſi quis uobis eſt pietatis amo* - - -	R
L	*aeto animo grataque manu noua ſumite don* -	A
A	*ccipiat pretium hoc cura grauisque labo* - -	R
V	*tile ſic uobis uti ſit, dent Numina quidqui* -	D
S	*udauit clari mens operoſa uir* - - -	I

Incogniti.

M	*ors ſolet innumeris morbis abrumpere uita* -	M
O	*mnia mors roſtro deuorat ipſa ſu* - -	O
R	*ex, princeps, ſapiens, ſeruus, ſtultus, miſer, aege*	R
S	*is quicunque uelis, puluis et umbra ſumu* -	S

M. IOAN. TRILLERI

V	*ita quid eſt hominum? nihil eſt niſi laerna maloru*	M
I	*n terram ex terra factus obit hom*	O
T	*e ſed qui coluit crucifixum, Chriſte redemto*	R
A	*dextris illi eſt uita parata tui*	S

II *Aenigmata*, *) quum obſcuro dicendi genere proponitur diuinantibus materia quaedam. u. g. VIRG. III *ecl.* 104.

Dic

*) Vid. GELL. XII *n. a.* 6.

Poetica crepundia, e. g. *acroſticha*, *aequidica*, cet. ex Parnaſſo proſcripſit M. VALER. MARTIAL. lib. II epigr. 86.

Vid. MORHOF. *polyb. tom.* I *lib.* VII, *cap.* 3, § 6, *p. m.* 1062. HENRIC. VALESIVS, *carminibus*, falſe *ana-gramma-*

Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum
naſcantur flores?

FIDES

Viua fui in ſiluis, ſum dura inciſa ſecuri:
dum uixi tacui, mortua dulce cano.

De pediculorum captura:

In denſis ſiluis uenor bis quinque catellis:
quod capio, perdo; quod non capio, mihi ſeruo.

Huc refer:

$\overline{\text{III}}$ *Griphos* et *Logogriphos*, qui quaſi naſſa quadam ſingulis uocabulis multa uocabula contineri docent. u. g. AVSON. *Idyll.* $\overline{\text{XI}}$

SCALI

---

grammatum ſcriptores deſcripſit. N. H, GVNDLING. *etiis* primae editionis, *cap.* $\overline{\text{VI}}$, *pag.* 256. Als ein Spiel laſſe ich die *anagrammata* paſſiren; wer ein Handwerk daraus machet, der iſt wie die Kinder, die Tag und Nacht mit Schnellkeilein ſpielen wollen, oder ihre Nüſſe und Puppen mit zu Bette nehmen. A IO DAV. KOELERO Part. $\overline{\text{XVI}}$ *hiſtoricae numor. delect.* pag. 316, verwelkliche Grasblumen, appellantur. Conf. IOAN. MATTHIAE GESNERI, Rotha Onoldini *inſtit. ſchol.* cap. $\overline{\text{II}}$, ſect. 8, § 7; et eiusdem *iſagog. in eruditionem uniuerſal.* Gottingae et Lipſ. CIↃIↃCCLX, 8, § 274, *pag.* 30: Ludicra, plerumque nugae difficiles, anagrammatum, eteoſtichorum, ἰσοψήφων, acroſtichidium, quorum rariſſima felicitas. § 275: *Inſcriptiones* argutae bene eſt quod deferbuerunt.

SCALIGER

Si caput eſt, currit: uentrem coniunge, uolabit;
adde pedes, comedes, et ſine uentre bibet.

Vox MVSCATVM eſt. Nam ſi caput ſiue initium ſumitur, eſt MVS: adde ſyllabam CA, uentrem ſiue uocis mediam ſyllabam, eſt MVSCA: adde pedes, ſiue finem, id eſt, TVM ſyllabam, eſt MVSCATVM; CA ſyllabam, ſiue uentrem eüce, manet MVSTVM.

IIII *Aequidica*, ſeu *Litteralia*, quae ſingulas uerſuum uoces ab eadem littera inchoant. u g.

Mala mali malo meruit mala maxima mundo.

NAEV. apud FESTVM:

Libera lingua loquuntur ludis liberalibus.

Vid. VOSSII *inſt. orat. lib.* IIII, *cap* 2, *n.* 3.

V *Anagrammata*, quum ex traiectis alicuius nominis, uel aliorum uocabulorum litteris, noua nomina et ſententiae conflantur, quae deinde carmine exponuntur. u. g. PEVCER. de *diuinat* cap. de *ſordibus*, pag. 229, 230. Fridericus, *fide curris*; Adam, *dama*; Eua, *aue*.

PETR. LABBE *elog. ſacr. et prof.* pag. 754, 655, *ſanctiones de anagrammat.* ſuppeditat.

VI *Centones*, qui uel integros uerſus uel hemiſtichia ex poetis illuſtribus concinnata ad carmen aliquod conficiendum adhibent. u. g.

Lepidos

CONR. GESNERVS *Bibliotb. Vniuerſ. fol.* 577. ex RABANI MAVRI de laudibus S. Crucis opere hanc excerpſit figuram, quae praeter XIII. uerſus qui ordine leguntur, duos hexametros, unum ſecundum crucis longitudinem; alterum ſecundum latitudinem continet:

Forma ſacrata crucis uenerando fulget amictu,
magnus ueſtit bonor: laetus loquor boc nationi.

A	ƀ	u	e	r	t	i	c	e	l	a	t	a
Q	ƀ	r	d	i	n	e	b	e	r	t	a	s
O	ŋ	u	s	i	n	o	r	b	e	e	ſ	t
F	ƚ	e	r	m	i	n	e	d	i	u	e	s
O	n:	u	d	i	n	e	ſ	i	l	u	a	s
C	u;	o	n	o	s	q:	d	e	c	u	s	q:
A	n;	u	i	t	u	r	e	a	u	o	t	o
S	t	d	e	n	e	g	a	t	a	t	r	i
D	æ	l	a	u	d	e	m	o	u	e	r	i
A	r	t	u	t	e	c	o	l	o	r	e	s
P	u	c	i	d	a	f	u	l	g	e	n	s
A	e	a	m	p	i	e	u	i	n	c	t	æ
E	d	t	n	o	n	n	e	b	e	a	t	a
M	:											

Lepidos *centones*, uide apud AVSONIVM *Idyll.* XIII PROBAM FALCONIAM, qui e VIRGILIO compoſuerunt: uti ex HOMERO, EVDOXIA, uel potius PE LAGIVS.

PROBA FALCON.
nou. foed. alteram opuſculi ſui
partem ita incipit:

Aen. XI. *Nunc ad te et tua, magne Pater, conſulta reuertor.*

Aen. VII. *Maius opus moueo, uatum praedicta priorum.* Aen. IIII

Aen. III. *Aggredior, quamuis anguſti terminus aeui.* Ibid.

accipiat: tentanda uia eſt, qua me quoque poſſim. Aen. V

tollere humo, et nomen fama tot ferre per annos. Ibid.

VII *Cruces*, quum crucis figuram exhibet poſitio uerſuum uarii generis. Huc refer cetera huiusmodi commenta, quaſi picturae cuiusdam ſimilitudinem imitantia, u. g. *bipennes*, *oua*, *pocula*, *cor*, *corpus humanum*, *pyramides*, *arbores*, *altare*, cet. u. g. MORHOF. lib. I *Venerum* pag. 282.

ARBOR

ARBOR AMORIS

Veneri dicata
perpetuis decorata comis
zephyro contenta colono
purpureis ſtipata roſis
arbor, cui patulo in tegmine frondium
mellificatis apes, nidificatis aues
et Cypriae columbae. Molli fouentur umbra
Venusque Gratiaeque, et quidquid eſt leporum
perpetuas agitant choreas,
dum Venerem exercent frondes, dum ſibila iungunt
ſubſtrata terra ſpirat Violasque amaracumque
tepedique dona ueris merumque mel deorum
modo poma carpunt aurea Cupidines locique
mille pharetrati ludunt in gramine fratres,
ipſa *Cytheris*
ſculpſit *in ipſo*
cortice *nomen,*
nomen *amandum,*
nomina *cunctis*
integra *ſaeclis,*
dumque *rigauit*
nectare, *dixit:*
ergo *nec imber,*
turbo, *pruina,*
turbet *amores,*
me duce, *ueſtros.*
Dixit et *oſclis*
nomina *ſanxit*
ergo *beati*
creſcite *amores,*
quantum uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus.

VIII *Echûs*, quum ſyllabae ultimae alicuius uocabuli repetitae, quaſi echo quandam adumbrant. e. g.

VET. POETA

Quae celebrat thermas Echo, et ſtagna alta Neronis
deludit uoces concaua ſaepe meas.
Saepe hic Narcisſum exſpecto ſimul illa moratur,
ſi queror, haec queritur, ſi gemo, illa gemit.
Quisnam *clamor*? *amor.* quisnam *furor*? *uror.*
Echo quae grauior poena in *amore*? *morae.*
Exſpectas Narc*iſſum*? *ipſum.* quae cauſſa m*orandi*?
orandi. Num iſthaec dicta not*abit*? *abit.*
Ad*fuerat*? *fuerat.* ne iſt*hic*? *hic.* quem fugit *iſte*?
is te. etiam *me*? *me.* quod malum a*mare*? *mare.*
Non *ueniet*? *ueniet.* quae ſp*es*? *aes.* uincitur *auro*?
auro. Victor ero prodigus *aeris*? *eris.*
Sunt pueri fr*agiles*? *agiles.* ui mun*eris*? *aeris.*
Quis docet *hoc*? *Echo*, quum bene cl*amat*, *amat.*

VIIII *Emblemata*, quae ſubiiciuntur picturis, per uerſus dimidios quaſi animandis. e g. *E nubibus in mare dependens ancora, cum lemmate*: NON. ALIBI STAT. FIRMA. *In maris rupe praealta turris, quae tonitru ac maris fluctibus uehementer perturbatur, cum inſcript*: IM PAVIDVM FERIENT RVINAE. HORAT lib. III, od. 3, u. 8 *Ad aquilae ſignum expanſis alis uolans aquila, inſcriptione*: COGNATA AD SIDERA TENDIT. CLAVD. *Vrna ſepulcralis, lemmate*: PVLVIS ET VMBRA SV MVS. HORAT. *MARTIS collum Pallas conculcat, inſcript.*

BELLVM RESEDIT. HORAT. *Claſſis cui alia appropinquat*, *lemmate*: CAPIT DISCORDIA FINEM. VIRGIL.

X *Eteoſticha*, nominantur quoque, *Chronoſticha*, *Chronometra*, et *Eteologica*, quae litteris I, V, X, L, C. D, M, uerſuum, annum alicuius rei, euentus, perſonae, ſignificant. e. g.

PALINGENII carmina.

OVIDII hexameter, in quo diui IOSEPHI emortualis annus ↀIↃCCXI

PrInCIpIIs obſta ſero MeDICIna paratVr.

VIRGIL.us. in CAROLVM obſeſſam Barcellonam non relinquentem:

— — *ſic noſter bonos InfraCtaqVe CeDat faMa.*

ANONYMI

in

ſalutarem fontem, quod ſimul

rhopalicum.

Saepe sIt hIC baVstVs fons aegrIs oMIne faVstVs,
VItae uena fLVat, nigra poDagra rVat.

Item:

Eſt fatIs eVgenIVs feLIX, qVoD tVrCIa ſenſIt,
GaLLIa ConCeDet, CVI qVoqVe pernICIes.

XI *Palindroma*, (*uerſus cancrini*, a καρκίνος, item, *recurrentes*, ἀντιστρέφοντες, *Sotadei*, cet.) in quibus uocabula

cabula etiam retro lecta, uel eundem, uel contrarium ſenſum reddunt. u. g. PHILIPP. ANTON. LAVBIVS:

Mens mea, ſis pia, non capiant te lubrica mundi
gaudia: ſis humilis, non cole diuitias!

Contrad.

Diuitias cole, non humilis ſis; gaudia mundi.
lubrica te capiant; non pia ſis mea mens!

Et:

Praecipiti modo quod decurrit tramite flumen,
tempore conſumtum, iam cito deficiet.

Retrorſum:

Deficiet cito iam conſumtum tempore flumen,
tramite decurrit, quod modo praecipiti.

ANONYMVS

Vid. I. D. KOEHLERI *num. delect.* XX *par. n.* 40, *p.* 317:

Laus tua, non tua fraus, uirtus, non copia rerum
ſcandere te fecit hoc decus eximium.
Pauperibus tua das, nunquam ſtat ianua clauſa,
fundere res quaeris, nec tua multiplicas.
Conditio tua ſit ſtabilis, non tempore paruo
uiuere te faciat hic DEVS omnipotens.

Vid. OPTATII PORPHORII panegyr. in CONSTANTIVM.

XII *Retrograda*, (*diabolica*,) quae easdem litteras et uoces reddunt retro lecta. Graeca exempla mirifica, uide in *Anthologia Graeca.*

Roma, tibi ſubito motibus ibit amor.

Et:

Otto tenet mappam, madidam mappam tenet Otto.

XIII *Concordantia*, quae duos uerſus, aliqua uocabula communia habentes, diuerſumque ſenſum exhibentes, inter ſe quaſi miſcent. u. g.

Si canis } in caulis { *ſtabuletur*, } ouilia { *ſeruat*;
ſi lupus } { *latitarit* } { *uaſtat*.

BALBINVS *uerſ.* part. I, cap. 5, § 6:

Quid in hoc tandem artis?

XIIII *Protei uerſus*, qui multoties, ſeruato metro, posſunt commutari. u. g.

Tot tibi ſunt dotes, uirgo, quot ſidera coelo.

PETR. HERRERA

Quis det, me ſacros, uirgo, tibi fundere uerſus?

Item:

Lex, rex, grex, res, ſpes, ius, tus, ſol, bona, lux, laus,
Mars, mors, ſors, fraus, fax, Styx, Nox, Crux, Pus, mala, uis, lis

Vid. IO. CHRISTOPH. VVAGENSEIL. *per libr. iuuenil. locul.* I, ſq.

Huc

Huc *Serpentinos* ſic dictos *uerſus* refer. u. g. GODOFR. BENIAM. HANKE, *poemat. part.* I, *pag.* 36 de Saxonum arce *Koenigſtein*.

Hic fugat, humectat, ſaturat, Mars, Terra, Ceresque,
hoſtes, os, ſtomachum, milite, aqua, ſegete.

Super atrii maioris Lipſienſis curiae introitum:

Haec domus odit, amat, punit, conſtruat, honorat
nequitiam, pacem, crimina, iura, probos.

XV *Quadrati uerſus*, qui aliquoties ſubſcripti, tam ſuo ordine, quam ſub ſe posſunt legi. u. g. IO. IAC. HAERINGER in obitum *Io. Iac. Othonis*, V. D. M. Gaildorf.

Vixit	Otho,	uiuit	perque	omnia	ſaecula	uiuet
Otho,	uixit	Otho	uiuit	perque	omnia	ſaecula
uiuit	Otho	uixit	Otho	uiuit	perque	omnia
perque	uiuit	Otho	uixit	Otho	uiuit	perque
omnia	perque	uiuit	Otho	uixit	Otho	uiuit
ſaecula	omnia	perque	uiuit	Otho	uixit	Otho
uiuet	ſaecula	omnia	perque	uiuit	Otho	uixit

Notum quoque carmen:

Aldenbruch	*Praeſul*	Holſatis	*Nobile*	Germen,
Praeſul	*finalis*	praeſtans	*tutamen*	alumnis,
Holſatis	*praeſtans*	lumen	*puriſſima*	gemma,
Nobile	*tutamen*	puriſſima	*gemma*	refulgens,
Germen	*alumnis*	gemma	*refulgens*	o, Viceline!

 Haec,

Haec, quae memorauimus genera, pro ingeniorum felicitate et infelicitate ualde rurſus uariant. Multa etiam nomine carent, u. g. quae litteras *r* uel *s*, uel alias fugitant, quae Latinos Graecosque uerſus alternis miſcent, quae per ſomniorum, per oraculorum, per inſcriptionum, per miſcellae farraginis, per fabularum, per quaeſtionum et reſponſionum, per colloquiorum, per epiſtolarum, et alias rationes, gratiam quandam aucupantur.

IIII Cum his congruunt etiam, *Epigramma*, et *Ode*, et *drama*.

I. *Epigramma*, eſt breue idemque acutum carmen, perſonae, rei, dicto factoue adiectum. u. g. MARTIAL. XI, 93:

In Zoilum.

Mentitur, qui te uitioſum, zoile, dicit;
non uitioſus homo es, zoile, ſed uitium.

IDEM

Vſitata epigrammatum genera ſunt: *elegiacum; iambicum ſenarium, ſcazonticum, phalaecium,* et *heroicum.*

MASENIVS

Omne epigramma ſit inſtar apis, ſit aculeus iſti,
ſint ſua mella, ſit et corporis exigui.

CAROLI A. S. ANTONIO de *arte epigrammatica* libellus. Col. Vbior. ∞IↃCL, 8; et ∞IↃCI, 8; FRANC. VAVASSORIS de *epigrammate* liber, et epigrammatum libb. III, editio auctior, Pariſiis. ∞IↃCLXXII, 8; THOM. CORRAEA de *epigrammate*, Venet. ∞IↃLXVIIII, 4, et Bononiae, ∞IↃLXXXX

IDEM
XII, 88.
De Tongiliano.

Tongilianus habet naſum: ſcio, non nego; ſed iam nil, praeter naſum, Tangilianus habet.

Plura exhibent:

CATVLL.
MARTIAL.
AVSON.

II *Ode*, eſt carmen ad lyram et alia muſices inſtrumenta decantari ſolitum.

HORATIVS eſt lyricorum Latinorum princeps.

III *Drama*, quod non modo uerba ad rem explanandam, ſed etiam perſonarum adhibet actionem.

Comoedia *) eſt, *auctore* TRAPPIO, poema dramaticum, uitae communis et priuatae imaginem exhibens, uirtutem commendans, et uitia quaedam, atque ineptias hominum perſtringens, iocoſa praecipue, ſiue lepida ſcribendi ratio.

Vid. PLANTVS ac TERENTIVS

*) NIC. HARRES lib. de *comoediis et tragoediis*. Francof. ∞IↃCLXXXXI, 8

Tragoedia, *) in qua regum, heroum, aliorumque illuſtrium hominum facta et fata, felix initium, ſed triſtem etque in felicem exitum habentia, ſtilo ſublimi depinguntur.

Vid. SENECA TRAGIC.

Bucolicum carmen, quod ἐκλογή **) uocatur,

V

---

*) DAN. HEINSII *de tragoediae conſtitutione* liber. Lugd. Batau. ∞IↃCXXXXIII, 8; ANT. DELRII ſyntagma *tragoediae Latinae* in tres partes diſtinctum. Antuerp. ∞IↃLXXXXIII, 4 mai. et Lut. Pariſ. ∞IↃCXX, 4 mai.

OVID. II *triſt.* 409, ſq.

Eſt et in obſcena deflexa tragoedia riſus
multaque praeteriti uerba pudoris habet.

**) Primus ex Romanis uatibus VIRGIL. eclogarum auctor fuit, quod ipſe teſtatur *ecl.* VI, *uſ.* *Prima Syracuſio dignata eſt ludere uerſu Noſtra, nec erubuit ſiluas habitare Thalia.* M. GOTLIB FIEDLERI, Ballenſtad. Saxi disq. de *carmine paſtorali.* Lipſ. ∞IↃCLXXXVII, 4; Traité ſur la Nature de l'Eglogue de Mr. de *Fontenelle.* Hagae comit. 1688, 12; RENATI RAPINI diſſ. de *carmine paſtorali*, quam *eclogis ſuis ſacr.* addidit, Pariſ. ∞IↃCLVIIII, 4; AEG. MENAGIVS, in *Anti-Bailleto*, t. I, n. LIIII, pag. 195, ſeqq.

Tria ſunt paſtorum genera, *inquit* DONATVS *in uita* VIRGILII, qua dignitatem in bucolicis habent, quorum qui minimi ſunt, *αἰπόλοι* dicuntur a Graecis, iidem a nobis *caprarii*: paullo honoratiores qui ποιμένες, i. e. *opiliones* dicuntur: honeſtisſimi et maximi βουκόλοι, quos *bubulcos* dicimus.

V Praeterea carmina ſunt pro uarietate ſcientiarum ad quas pertinent,

uel *hiſtorica*, u. g. in PITHOEI *epigramm.* lib. IIII, pag. 155. *libri* LVCANI, AVSONII *Idyll.* XII *Caeſares* cet.

uel *grammatica*, u. g. apud AVSONIVM *Idyll.* XII, et multa alia.

uel *epiſtolica*, u. g. OVID. epiſt. *Heroidum*, de *Ponto*, *triſtium*, et HORATII epiſtolae.

uel *geographica*, u. g. AVSONII et SCALIGERI *urbes*, RVTILII *itinerarium*, AVIENI deſcriptio orbis terrae, PRISCIANI Periegeſis.

uel logica.

uel phyſica, u. g. LVCRETII et MANILII *libri*, epigramm. PIVHOEI lib. IIII, pag. 150; *Aetna* SEVERI; AVSONII *Idyll.* XIIII

uel *ethica*, u. g. AVIENI et PHAEDRI *fabulae*, HORAT. et IVVENAL. *ſatirae.*

uel *metaphyſica*, u. g. PALEARII de *animae immortalitate.*

uel *oeconomica*, u. g. COLVMELLAE *lib.* X, VIRGILII *georgica*, cet. GRATII et NEMFSIANI *Cynegeticon*; PRISCIANI de *ponderibus et menſuris.*

uel

uel *mathematica*, u. g. CAESAR. GERMAN. *poaenomena Aratea*, MANILIVS, in PITHOEI *epigramm.* lib. IIII, pag. 151; AVSONII *eclogarium.*

uel *politica*, u. g. VIRGILII *Aeneis*, STATII *Thebais*, CLAVDIAN.

uel *theologica*, u. g. PRVDENTII et SCALIGERI *multa*, SEDVLIVS, IVVENCVS. AVSONII *Idyll.* VIII et VI. Eiusdem oratio in ephemerid.

uel *iuridica*, u. g. AVSONII *epigramma* LXXXVIII

uel *medica*, u. g. SAMMONICI de *medicina praecepta*, MARCELLI liber de *medicina.*

SE

SECTIO VIIII

DE

FIGVRIS PROSODICIS

§ I FIGVRAE PROSODICAE numerantur, *Diaſtole*, *Syſtole*, *Ecthlipſis*, *Synaloephe.*

§ II *Diaſtole* producit ſyllabam alioqui breuem. u. g. CAESAR GERM. *Arat. Phaen.* us. 195:

Qualis ferratos ubi clauicula dentes

ſuccutit. Sic PERS. IIII, 19; MANIL. I, 385, et PERS. *ſatir.* III, 5 et 49.

§ III *Syſtole* corripit ſyllabam natura longam. u. g. *Ver praeit aeſtatem.* Sic GRAT. *Cyneg.* us. 497:

Reſtat equos finire notis, quia arma Dianae

admittant. Eſt enim e *dia Iana.*

§ IIII *Ecthlipſis* elidit in ſcandendo ſyllabam, *am*, *em*, *im*, *om*, *um*, propter ſubſequentem uocalem uel diphthongum. u. g. CAES. GERM. *Phaen. Ar.* us. 313:

Eſt etiam incertum quo cornu miſſa, ſagitta.

§ V

§ V *Synaloephe* elidit in ſcandendo uerſu uocalem uel diphthongum prioris uocabuli propter uocalem uel diphthongum ſubſequentis. u. g. CAES. GERM. *Arat.* us. 207:

Vertic e et Andromedae radiat quae ſtella ſub ipſa.

aluo fulget equi.

§ VI *Synaloephe* raro negligitur. u. g. CAESAR. GERM. *Phaen Arat.* us. 217:

Gorgonis haec proles. In Pierio Helicone cet. Immo interdum uocalem longam corripit. u. g.

credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.

DE

DE

FIGVRIS GRAMMATICIS
AD POESIN NECESSARIIS

FIGVRAE

I ADDENTES

INITIO: *Proſtheſis*, ut: *gnatus*, *pro*, *natus*; *adſtans*, *pro*, *ſtans.*

MEDIO: *Epentheſis*, ut: *nauita*, pro, *nauta.* VIRG. *Sciet*, pro, *ſit.* TER.

Diplaſiaſmus, ut: *rellígio*, pro, *religio.* VIRG. *Repperi*, pro, *reperi.* VIRG.

FINI: *Paragoge*, ut: *haberier*, pro, *haberi.* PLAVT. *Dicier*, pro, *dici.* PERS.

II DETRAHENTES

INITIO: *Aphaereſis*, ut: *mitte*, pro, *omitte*; *linquere*, pro, *relinquere.*

MEDIO: *Syncope*, ut: *coelicolum*, pro, *coelicolarum.* VIRG. *Virum*, pro *uirorum.*

Ad Syncopen pertinet *Craſis* ſeu *Synaloepha*, ut: *ingeni*, pro, *ingenii.* HORAT.

H FINI:

FINI: *Apocope*, ut: *audin'*, pro, *audisne*. TER. *Exin*, pro, *exinde*. VIRG. *Dic*, pro, *dice*.

III TRANSPONENTES

I *Metathesis*, ut: *I prae*, pro, *praei*. TER. *Euandre*, pro *Euander*. VIRG.

II *Anaſtrophe*, ut: *mecum*, *tecum*, *nobiscum*, *te ſine*, *erat ſuper*, *hunc ſubter*.

III *Tmeſis*, ſiue *Diacope*, ut: *Thais* *maximo* *te orabat* *opere*. TER.

Diaereſis, duas ex una ſyllaba facit, ut: *aquāi*, pro, *aquae*. LVCRET. *Iäcobus*, pro, *Iacobus*. CLAVD. *Süauis*, pro, *ſuauis*.

FELICITER

COROL

COROLLARIVM

VLRICI DE HVTTEN

EQVITIS GERMANI

DE

ARTE VERSIFICATORIA

CARMEN

QVIS modus, et quae ſint ſeruando in carmine leges;
et quo quaeque ſuum diſtendat ſyllaba tempus;
littera, quas uires habeat, quoque ordine mutet,
omnia diſcutiam paucis. Huc laeta iuuentus *Beneuolentiae*
uerte animi uotum, ſitibundasque imbue fauces. *captatio*
Non, quia praeterea ſcriptum nihil utile dicam:
ſed, quia munus habes, animo gratante profectum;
improbet iſta licet, cui mentem inſana libido
carpendi ſtudio uexat. Mihi fama trahatur,
inque dies mihi perſtet honos, mihi gloria ſurgat.
Qui uelit, inuideat, ſeque hoc moerore fatiget.

☆ ☆ ☆

Littera apud Latios iſto diſcrimine fertur *Litterae*
Vocalis criticos, quod uoces integra reddat. *Vocales*
Tales quinque putant, *Y* Graeca exinde retracta.
Conſona quod uoces nil mutans adiuuat ipſas, *Conſonantes*
in ſe nulla tamen, niſi uocibus addita rectis.
Harum aliquae nobis uanos referuntur ad uſus;
quae ſint, diſce breui. Quibus *e* non aſſonat ipſis;
o tamen *u* iunctum ſtat in uſu crebrius illo.
ut *ſequor*, ut *quoniam* uetus eſt, ſcripſiſſe calendas.
H nota non nullis uenit aſpiratio uerbis. *H aſpirata*
non tamen idcirco, quo poſſit littera dici.

Adde, quod in uerſu cadit haec, et nulla putatur.
Nec te conturbet, ſi obiecerit unus et alter:
Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma!
non ego confirmo, quo quisquam eſt rarior uſus.
X — *X* dupla eſt, ueteres (breuitas quum forte iuuaret)
pro (gregis hoc monſtrat) iunctis ſcripſere duabus.
Z — Duntaxat Graecis *z* eſt data littera uerbis.
Quae ſuper has reſtant, dabis illis littera nomen.
Mutae — Conſona uel *muta* eſt, quoniam male uocibus adſtat,
inque *e* finitur, uel (quae plus conſonat iſtis)
Semiuocalis — *Semiſonus*, incipiens *e*, dum ſe terminat ipſam.
F — *F* tamen (ut muta eſt,) nihil hac ratione tenetur;
PRISCIAN. I — namque poteſtatem non mutat ſpiritus ulli.
Quid? quod habet *mutae* uim totam, et conuenit ante
mobilibus liquidis: ſic *flauus*, ſic *fremo* profers.
Vocales Latinae ancipites — Omnis in hoc numero *uocalis* ponitur *anceps*;
non ut apud Graios, ubi ſtricto iure tenentur.
Nulla unquam tenuit uocales ſyllaba binas,
Diphthongi quatuor — ni coeant ſimul, et diphthongi nomine quadrent.
Quatuor iſta modis fieri connectio ſueta eſt.
Ei — *Aulae* erit exemplum, *foelix*, atque eurus in illa.
VIRGIL eclog. I — Quincta fere excoluit pacto diphthongus eodem.
Scribe *graueis* tamen hac, tentabunt pabula *foetas*,
quisquis ab antiquis ſcribendi congeris uſum.
I et U conſonantes — *I* ſolet *usque* ſimul natiuam amittere uocem,
conſona facta. *Iouis*, *Venus* hoc oſtendere posſunt,
utraque conuerti facilis, retroque referri.
VIRGIL I Aeneid. — *Troia*, gaza uelut. *Troiae qui primus ab oris*,
et uerbum *ſoluo*, dux longa pace *ſolutus*:
LVCAN. I — ſic uicibus mutantur, et in ſua iura recedunt.

I quoque, ubi poſita eſt uocales inter, utrinque
fit dupla, et craſſas extendit murmure uoces.
Caius ut eſt, tamen hanc uoluit geminare uetuſtas.

DONAT. V — *V* quandoque ſono manca eſt, uimque exuit omnem;
non littera — ni liquidam dicas, quoniam reſolubilis exſtat
Suauis ibi *quaecunque* dabunt documenta, uel *anguis*.

Quasdam

Quâſdam etiam dici *liquidas* uoluere Latini. *Liquidae*
Mollior iis ſonus eſt, et qui perſaepe liqueſcat: *L et R*
quin, poſitae ad *mutas*, uocalem (quae praeit ante)
ſi breuis eſt alias, communem incedere cogunt.
Sic *aper* exit *apri*, *tenebrae* ſic; ſiue *tenebrae*.

Syllaba diſpoſitis ſurgit compacta lituris. *Syllaba*
Subditur huic tempus; nam ſi qua eſt longa duorum, *Tempus*
temporis unius breuis eſt: ita ſyllaba conſtat,
quanta ſit, et iunctas ſignant faſtigia uoces.

Quaecunque eſt inter primam uerbique ſupremam, *Triplices*
hanc mediam dicunt: medias ita dictio plures *ſyllabae*
continet una ſimul, quae lege tenentur eadem.

Quae uenit ante aliam uocalis, corripietur; *Vocalis ante*
ſic *uia*, ſic *deus* eſt: *fio* producitur, uſque *uocalem*
dum ſubit *r* uoci, *fierem*, *fieri*que notando.

Omnibus eſt anceps genitiuis ſyllaba in *ius*. *Genitiui ius*
Caſibus in quinctae, quando *i* ſubſcribitur, exſtat *Caſus i, ei*
e longum: *choream*, *plateam* communiter effer.

Diphthongus longa eſt. Mora fit, ſi forte ſequatur *Diphthon.*
conſona uocalem duplex: ita *piſcis* et *axis*, *Poſitio*
uocalem longant; ita *nox*, ita *maius* habentur.

Sto, *fero*, *ſcindo*, *bibo*, *do*, *findo*, collige raptim; *Praeterita*
praeterita in primis: alias disſyllaba produc. *disſyllaba*

Sumis *itum*, lector *quo*, cum *ſeco*, *flo*que, *ſino*que, *Supina diſ-*
et *lino*, cumque *citum*, *ruo*, *do*, *reor*, omne duarum *ſyllaba*
tende ſupinum alias, et ab hoc quaecunque creantur.
Huc tamen *accitus*, *ſtaturus*, longa notabis,
*ambitus*que ſimul, quibus *excitus* ſociatur.

In reliquis praeſens haec tempora cuncta ſequuntur, *Praeteritum*
ſic *colo* dat *colui*, ſic uerbum *amo* format *amaui*; *ad praeſens*
tolle tamen *potui*, *genui*, ex illis *poſui*que.

Praeterita geminata

Praeteriti geminata breuis ſtat ſyllaba ſemper.

De compoſitione praepoſitionum

A, *prae*, *ſe*, *de*, *pro*, ſimul *e*, *di*, longa reponas
compoſitis: *dirimo* tamen hinc, et tolle *diſertus*.

Ad, *ſub*, *ab*, *in*que, *per*, *ob*, *re*, *bi*, *bis* contraria ſunto;
ni poſitu longae fiant: *biga* excipe tantum.

Omne ſuam ſequitur, qua fluxit origine, uerbum.
Sic *ſcriba* a *ſcribo*, nomen ſit mobile uerbo.

De deriuatis

Sunt breuia iſta tamen, deducta ab origine longa:
et *manus*, et *titulus*, *fragor* et *fragilis*, *duce*, *ariſta*,
cum *ſopor*, atque *farina*, *lucerna*, *diſertus*, *ofella*,
adde *dicax*, *ſtabilis*que, *ſagax*, *odium*que, *mamilla*,
et *lotium* et *fatuus*, *ſiquidem*que, *curulis*, *acerbus*,
iunge *amor*, *uado*, *aquae*, *noto*, cum *quater* adde *quaternus*,
cumque *fides*, *uitium*que, *uitio*, *nato*, *arena*, *ſigillus*,
quodque abit ex ſigno, *ligulam*que, *bubulcus*, *aceruus*,
et *nebulam* *nauſeoſus*, *anus*, *coma*, iunge *numiſma*,
huc *domus*, huc *oculus*, huc confers, lector, *omaſum*.

A breuibus producta

Deducta a breuibus, ſic producenda notantur:
regula, *incendium*, *flammus*, *ſeculi*, *uomer*,
uuſpera, *remus*, tum *caſus*, *iunior*, *humor*,
*ſeg*que *hominus*, *tegis*, *laterna*que, *rapum*,
caſeus, et *ritus*, *uocis*, *iumenta*que, *regis*,
uirginis, *binus*, *denus*, *trinus*, quoque *nonus*,
iugera, *uena*, *quibus*, *ſedes*, et *macero*, *fetus*,
ſerius et *nequam*, *feralis*, *fumina*, *uires*,
uociferor, *fomes*, *cenſus*, *ſecus* adde.

Non ego cuncta meo, lector, quaerenda labore
eſſe puto: reſtabit enim, uentura quod aetas
quaerat, et ut ſtudio quiſquam ſe exerceat illo.

A quo deflexum recto, reducitur iſthuc. *De declina-*
Sic *lego* fit *legerem*, *lege*, *legiſſe* parabit. *tionibus*
Praeteritum ſua namque tenet ſua tempora praeſens.

Ipſa ſuum ſimplex coeuntia iure ſequuntur, *Compoſita*
Quod ſi forte tibi primaria ſyllaba uerbi
ſimplicis ignota eſt; te compoſitura docebit:
ponere praepono notat, et *conducere duco.*

Saepe per accentum, quanta eſt, te ſyllaba fallit. *De accenti-*
Corporibus dicens, *po* negaret (ut eſt) breue quisquam; *bus cautio*
ſed tu protuleris modo *corporis*, illico noſces;
nam numerus uerbo nimium ſi excreuerit ulli,
in breuius redige, aut alia hoc ope, nitere lector.

Fit breue compoſitum perſaepe ex ſimplice longo, *De compoſitis*
agnitus hoc monſtrat, cum *pronuba* et *innuba*, lector.
Deierat a iuro, ſic *inſito*, *Juſſo* cedunt.

Saepe aliquam doctis placuit geminare poetis: *Geminatio*
relliquiae uelut, et *redduco*, *relligio*que. *ſyllabae*

I breuis in medio eſt, uelut *armiger*; excipis inde *I in medio*
qualicunque, et *ubique* tamen, nec perſtat *ibidem*, *compoſiti*
quanticunque, etiam, *plerique*, *tibicen*, *utrique.*

Hic, ubi ſe rectus reliquis in caſibus auget, *De declina-*
a longum, *e*que ſcies, ſimul *o*, ſic profer *earum*, *tionibus*
Muſarum, *quorum*, *dominorum*, ſicque *dierum.*
V breuis *i*que manet, *uerubus*, *grauibus*que notabunt.

Alis ut in neutro producitur, adiice *naris*; *De creſcen-*
omnibus *ar* neutris, quum maſcula corripiantur. *tiis caſuum*
Sed *iubar* et *nectar*, uel *epar*, *ſalis* excipe ab illis,
praeter *anas*, producis ab *as*, ubi caſus abundat. *As*
Sic *pietas pietatis* habet, ſed *adis* breue perſtat.
Au longum, ſed et *ax*, profertur caſibus iſtis. *Au, ax*
Dropacis hinc, *facis*, atque *abacis*, *corax* tamen aufer.
El, *en*, *es*, tendis: *paries*, *aries*, *ſeges*, et *pes*, *El, en, es*

et *teges*; et *teres*, atque *abies*, et *praepes*, *hebes*que,
*interpres*que, *Ceres*, quibus omnibus eſt breuis uſus.
In *In* quoque producunt, *delphinis*, ut et *Salaminis*.
Er *Er* breue comperies: *uer* lege excedit ab illa;
et quibus ad Latios, *eris* transfertur ab *iris*:
ut *panther*, *crater*; ſecus eſt, ubi dixeris *aer*.
Is *Is* breuiter creſcit, longo monoſyllaba fine,
a *lapis* ut *lapidis*, ſic *lis* fit mobile *litis*;
Ex ni *gregis* exciperes; *ex* longum (ut *regis*) haberes:
ni etiam (ut *filicis*) mutetur littera uoci.
Ix Adiectiua per *ix*, nec non muliebria tende:
praeter *onyx*, *biſtrix*, *pix*, *nix*, *natrix*que, *ſilix*que,
*coxendix*que, *filix*; *laricis*, *ſtygis* et *ſtrigis* adde.
Maſcula praeterea producta ſequentia: *maſtyx*,
phoenicis *bombyx*, *cerx*, *ſpadix*, *ſandix*que,
Onis Daemonis o breuiat, praeter paene hoc, legis *onis*.
Femina, *mas*, commune, ſimul non propria, produc.
Or *Or* quibus accreſcit, deme *indecor*, et *memor*, *arbor*.
Rhetoris, o breuis eſt, neutris propriisque notatis.
Si quod ab *u* recti creuit, breuiabit o ſemper:
Vr, *oris* ſic *pecus* hoc *pecoris*, ſic eſt *ebur*, et breue *corpus*;
Obs, *ops* *obs* *ſcrobis*, *ops* *inopis*, paucisſima corripientur.
Ox *Cappadocis* praeter, *bouis* et creſcentia *praecox*.
Longum erit *os*, ſimul *ox*, ſic *moris*, ſic lege *uocis*,
Vs, *utis* *utis* ab *us* creſcens, nec non producitur *udis*.
Vx Dictio in *ux* patrio longa eſt, monoſyllaba praeter;
Vr *lux* tamen hinc demis. Sed in *ur* correpta manebunt:
ut *ligur*, ut *turtur*; ſine *fur* tamen eſſe ſeorſum.

De excreſcentiis uerborum Eſt etiem ut uideas, quo creſcant uerba tenore,
dum *legeris* profers, et dum tu deinde *legeris*:
dum *ſequerer*, *ſequereris* ais, multum inter in illo eſt.

I breuis in terna eſt, quarta hanc inflexio profert:
ſic *legimus* dicunt uulgo, ſic deinde *perimus*.

At

At *ui* praeteritum ſemper productilis eſt uox: *Iui praeteritum*
audiui exemplo eſt, *quaeſiui*, et lector, *amaui*.
Longa *uelim ſin*que *i* faciunt, ſic uerte *uelimus*;
paſſim alibi breuis eſt crementis iſta ſecundis.
O ſemper longum eſt, breuis *u* creſcentibus adſtat: *O et u*
poſſumus, ut dicas, *legitote*, et talia cuncta.

Vltima dicendum eſt, quanta exſtet ſyllaba uoci *De ultimis ſyllabis*
cuilibet, in primis. mediiſque uagabere paſſim,
multa legens: nam quis diffuſam comperiet rem;
inque nouas leges coget? Probus auctor in illo
ſudari fruſtra putat. Haud ego murmure longo
ſuſtineo quemquam: placet omnia dicere paucis,
(quaa rata ſint) uerbis. et te breuitate iuuare.
Quaa uelit haec ſcribat, longoque accepta labore
colligat; et multis dociles ſermonibus aures
turbet, ubi tamen hanc nunquam ſatis explicet artem.

Ordinibus cunctis genitiuus longus habetur. *De declinationibus breuiter*
Is breuis eſt ternae, prolixum pone datiuum,
pone ablatiuum, ſed *e* tertius excipit ordo,
Plurali rectus, cumque accuſante, uocator
longus erit: quamquam eſt neutris breuis omnibus uſus.
Caſibus *is* longum eſt, ſed *bus* breue pone duobus.

Quod ſemel expoſui generali candide dicto,
iam ſatis eſt, lector, neque enim per longa morabor.

A fini longum eſt, ſed caſus corripit illud, *A*
praeter ablatiuum, Graioque ex nomine quinctum;
ultra, *ita*, uel *quia*, cum *fruſtra*, *puta* mixta leguntur.
Longa tamen crebro, *ginta* communiter exit,
qui finit numerus, breue quadring*inta* manebit,
et ſi quod ſimile eſt: toties haec regula fallit!

E breuis eſt, Graecis muliebria longa feruntur. *E*
Sic quae *o* finito ueniunt aduerbia caſu
deducta, ut *pulchre*, *longeque* *e* uerba ſecundae,

cum *quare* produc, *fermeque*, *fereque*, *fameque*.
et monoſyllaba, ſed *ne* breuis, dum connotat, an ſit.
Nunc ſunt longa, *uale*, *caue*, nunc correpta leguntur;
quinctus at in Graeco, cum ſexto longus habetur.
Dic *bene*, dic *male*, et huc generalia congere dicta,
partim ita longa uides aduerbia raptaque partim.

I *I* produc, *pars* corripitur, ſimilesque cadentes.
Phillidi non ſecus eſt *tibi* quum *mihi*. *Vbique*, *ſibique*,
et *niſi*, deinde *quaſi* uel *ibi*, communia ſunto.

O O uaria eſt cunctis, ſed eunt monoſyllaba longe.
Ponis in hanc etiam, ceu *uero*, aduerbia normam,
mutuo, *crebro*, *cito*, *ſero*, *ſedulo*, in ancipiti uſu.
Illico contrahitur, ſemper *modo* corripietur.

V *V* longum eſt, nihil hinc demis, ſic collige *cornu*.

B.D.M.T In *b*, *d*, et *m*, *t*, breues cunctos poſuiſſe uidemus.
Saepe tamen miror *t* produxiſſe poetas.
NASO refert, cum uoce *abiit*, ego. IVNIVS inquit,
magnus ciuis *obit*, et formidatus *Othoni*.
Siue licet doctis, ſiue hoc ita ſyncopa poſcit.

C C quibus eſt, produc; *nec* erit breue, *lac* breue, *donec*.
Hic uarium eſt caſu, ſed *fac*, qui corripis, audes,
neſcio quid dubium; legitur tamen haut ſemel illud.

L *L* breuiter pones, *nil*, *ſol*, ſi exceperis inde.

N Omnia in *n* tendis: ſume hoc ex ordine forſan,
et tamen, *exin* et *tu*, *uiden*, *an*, creſcensque ſecundo
in caſu nomen: ſic *pecten*, *pectinis* auget,
quum *Syren*, capis hinc *hymen*, productus in *in* ſtat
rectus, in *in* quartus breuis eſt, ita *tigrin* habebis.

R *R* correpta uenit, *crater*, *aetherque*, *character*,
cor et *iber*, *pantherque*, *ſtater*, producitur et *fur*,
aer, *nar*, *uer*, *parque*, et ab hoc ſit mobile ſi quod.
adde illis *lar*, *farque* ſimul, *cor* (ut ingeris) aptum eſt
uerſibus, an tamen huc (dubium eſt) *dolor* et ſimile addat.

As Omnibus *as* longum eſt; ſecus eſt, ubi *lampadas* inquis,
Pallas et *arcas*, et in Graiis, quae talia multis.

Es *Es* longum uates poſuere: ubi patrius auget
ſe breuiter caſus, *miles* uelut eſt, breuiatur.

inquiri,

inquies, *es* uerbum, *penes*, et pluralia Graeca.
Aſt *aries*, *paries*, *abies*, lege, longa *Ceres*que.
*res*que, *fides*, et *ſpes* cum *pes*: *bipes* inde tamen ſit.
Is breuia, trahimus, ſicubi genitiuus abundat *Is*
cum longa: ut *ſomnis*, *ſomniis*; iunge ſecundam
perſonam uerbi, cui declinatio quarta eſt.
Cum *ſis*, cumque *uelis*, *uis*, et monoſyllaba cuncta;
praeter *is* et *quis*, *mis*, *bis*, *tis*, quae contrahis uſu.
Protrahit *os* finem, ſed cui genitiuus *os*, *oſſis*, *Os*
additur, excipimus; ſed Graecus in *os* breuis exſtat
patrius, et neutri rectus, muliebreque nomen.
Corripiemus in *us*, quae ſunt monoſyllaba; praeter, *Vs*
et quibus extenſum eſt caſus finale ſecundi.
Sic lego *uirtutis*, *telluris*, ſiue *paludis*..
Certe ego, quod ueniat *palus* in mea carmina nolim;
FLACCVS ut eſt uſus uates: nam quae unus et alter *Nihil rarum*
auctor habet, quis in hunc niſi craſſa forte Minerua, *imitandum*
ingeniique inopis, ſine teſtibus, incidat uſum?
Haec, ut in admiſſam concedat ſyllaba uocem,
tradidimus breuiter. Quod ſi tibi noſter in iſtis
anguſtus nimis eſt labor, atque hac deficis arte,
ulteriora potes ſtudioſo acquirere niſu.
Syllaba facta *pedes* facit, et *pede* carmina conſtant: *De pedibus*
longa ſequuta breuem, ſpartanum gignit *Iambum* *Diſſyllabi*
Huic contra, ex longa ponere breuique, *Trochee*.
Pirrhice celer breuibus, longis *Spondee* duabus
ite pedes, longam correptis *Dactyle* binis *Triſyllabi*
antefer, at contra uolat *Antidactylus* illi.
Tot uolucer breuibus *Tribrachus*, longisque *Moloſſus*,
nacta utrinque duas breuis eſt ubi ſyllaba longas,
Creticus efficitur. *Scolius* contrarius illi
Ante breuis longas *Bacchius*; contrait autem
(ut uerſura docet) *Palimbacchius* eidem.
Sunt, quibus accedit (potes hoc inquirere lector)
ſyllaba quarta pedes; immenſum eſt omnia dici. *Tetraſyllabi*
Miſcueris tenuem, ſi quando ad carmen HOMERI, *De elegiaco*
Pentametrum, numeris dabit his *Elegia* nomen. *carmine*

Exiguos

Exiguos *Elegos* pedibus conſtare duobus,
maxima pars uatum ſentit; da *Dactylon* illis,
*Spondeum*que grauem. Nihil hoc in carmine iuris
alter habet: cunctis eſt nltima uerſibus anceps.
De ſcanſione heroici Ponis in *Heroo* ſemper promiſcue utrumque:
ius tamen in quincta (nam ſex regionibus illud
diuidimus carmen,) ſoli tibi *Dactyle* perſtat.
ſpondeus ſextum ſibi pes uice quaerit eadem.
Saepe tamen quinctam in uerſu pes occupat idem.
Spondaic. *Cara deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.*
Alter in alterius, quoniam reſolubilis exſtat,
tempora. Sunt etiam, quibus ultima ſyllaba abundat,
Hypermeter principio alterius connectit *Hypermeter* illam.
Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque.
Pedum reſolutio pulchra *et genus aequoreum*: ſed quod legis ariete crebro,
hoc *Proceleumaticum* pedibus docet addier iſtis.
F. QVINCTILIANVS Diſce, quod anguſtis haerere in legibus amplos
non deceat uates; magna eſt in carmine uirtus,
Varietas in carmine ſaepe noui quidquam uenia committere honeſta;
quod uarium mentes lectorum ducat, et aures.
Fluuiorum rex Eridanus MARO dicere posſet.

* * *

De ſcanſione Pentametri *Pentametrum* in partes doceo diſponere binas,
prima duos miſcere pedes ſolet; huncque uel illum
continet, ut libitum eſt, dehinc ultima ſyllaba reſtat;
Dactylus inde duplex: parti ſolet esſe ſecundae,
ſyllabaque ad finem; quae ſit collata priori,
iure pedis quincti numerum hoc in carmine complet.
Obſeruanda in ſcanſione Tu quoque, qui uerſus in partes digeris ipſos,
diſce modum, neu te mandatis ſubtrahe noſtris,
Contigerit uocis ſi quando in fine prioris
uocalem poni, ſicque inceptare ſequentem,
Synalephe prima cadit, fiet *Synalephe*; ſic cadit ante
Eclipſis (fiat ut *Eclipſis*) *m* littera monſtrat utrumque,
Litora multum ille et terris iactatus et alto.

Hanc

Hanc tamen aduerſus potuit MARO dicere legem:
Inſulae Ionio, ſic deinde ſub *Ilio alto* — *Exempla contraria*
Saepe etiam ut longae maneant, mirabimur illis.
Haec Helenum cecinisſe *penatigero Aeneae.*
NASO tulit uates: ſic *Ionio immenſo*,
in ſatira ſcriptum eſt, tum propter plurima, tum his.

Perſtat item ſi qua eſt uocalis dictlo facta: — *Exceptio*

O utinam tunc, quum Lacedaemona claſſe petebat.

Antiquum eſt etiam decidere *falcibus ramos.* — *Sabſorbendum*
Saepe breuis totas praeſcindit *Syncopa* partes, — *Syncope*
ut quoties raro *duxti* ſuſpiria motu.

Demit et Apocope finem; ſic pone negoel; — *Apocope*
Quem *Paragoge* auget; ſic quisquam *fungier* inquit. — *Paragoge*
Ius habet in binas differre *Diaereſis* unam: — *Diaereſis*
ut ſolet, in cumulum *Synaereſis* ambas· — *Synaereſis*

ſic nos *aulai*, ſic perſoluenda notamus.
Ferreique, Eumenidum thalami, furtumque *Promothei.*
Plurima praeterea *dii*, cui *deinceps* uelut addis
ſemianimis, *dehinc*, *deinde*, uel *huic ii perinde* leguntur.

Dicendum et, qui ſint ornando in carmine flores. — *De carminis cultu*
Hic operae eſt pretium, uigiles huc uertite mentes,
OSTHENII iuuenes, nec uos labor abſtrahat ullus.

Continuo ſtudio curiſque calentibus, acri — *Multum laborandum*
optima quaeque animo, legere aut audire, grauesque
edidiciſſe libros, crebraque indagine doctos
eligere auctores, ſcribentem carmen oportet.
Quidquid habent alii paſſim, MARO nouit, et artes — *Virtus poetica*
calluit omnigenas, doctrinaque acre iuuabat
ingenium: hinc illi tanta eſt in carmine uirtus,
tantus honor; hinc eſt, quod uates altior omnes
exſuperat Latios, nomenque ad ſidera tollit.

Nec, quoniam munus uobis natura benignum — *Non ingenio confidendum*
contulit ingenii, nimium confidite uobis;
excolite has uires, animumque intendite rebus.

Quis

Philoſophiae ſtudendum

Quis molem hanc moneat, quis euntibus imperet aſtris,
quid fatum, quid ſit caſus, quo turbine praeceps
mundus eat, quae ſit rebus natura creatis,
diſcite per cauſſas, hominumque inquirite mores.

Carmen temporiconforme

Nam conforme ſuis multum ſcripſiſſe probatus
temporibus carmen, uiuosque effingere geſtes.

Quo modo legendum

Dum legitis, multum potius, quam multa legetis.
Nec nos dicendi lateant genera, utque peritus

Orator et poeta

orator cauſſas tractat, ſic ſcribere uates,
ſic ſolet eloquio mentes mulcere; ſed illi
liberior uocum eſt uſus. Vos cogite uoces
inter ſe ſimiles, nam res etiam illa iuuabit.
Profuit et genus in ſpeciem, aut contra uariari,

Vocabulorum uſus

et ſaltem affini confundere nomina ſenſu,
raro aliquod ponas nomen, niſi forſitan illi

De epithetis

adiectum tribuas proprium; *ſit lucidus omni*
deruiste procul h n. ſe mo, ſint omnia plana,
ſint facili producta ſt lo, uenaque fluenti.

Virtus carminis

Non tamen, ut ſenſu careant fruſtraque legantur;
ſed moueant animos, aliquemque ferantur ad uſum.

Exornandum armen

Eſt etiam, ut ſtudeas pictas miſcere fabellas,
hiſtoriaque ſimul, ſi quid locus exigit illud.

Pulchrae repetitiones in uerſibus

Saepe, ubi quid repetis in carmine, pulchrius exit:
Ter ſunt conati imponere Peli. O ſam,
ter pater exſtructos disiecit fulm ne montes.
Militat omnis amans, et habet ſua caſtra Cupido,

Attice, crede mihi, militat omnis amans.
Multa ſuper Priamo, rogitans ſuper Hectore multa.
Illum et labentem Teucri et riſere natantem.
Me, me, adſum, qui feci, in me conuertite ferrum,
pauper amet caute, timeat maledicere pauper.
Quodque MARO dixit: *Sequitur pulcherrimus Aſtur,*
Aſtur equo fidens. Et in adiectiua ſurgens:

Marſa

Marſa manus, Peligna aohors, feſtina uirum nis;
Et ſi quid ſimild his, uelut eſt *Aſbamasque Thoasque.*

Vſque adeo ſenſis ſimilem decet esſe loquelam, *Affectum uerba ſequantur*
ut ſi quid durum eſt, duro procedat hiatu,
concitet et geſtum ſermo. Quid pulchrius illo?
Monſtrum horrendum, informe, ingens cui lumen ademtum.
Pulchrum eſt: *Rura petunt, hic Thuſcum, atque ille Sabinum.*

Transit et in carmen celebri translatio cultu. *Metaphora*
Belle equidem dictum: *claſſique immittit habenas:*
nauigio ſulcat mare, ferrum armatque ueneno.

Stat pro contento retinens, *ut uina coronant.* *Continens pro contento*
Per *Venerem* luxus, per *Bacchum* intellige uinum,
per *Cererem* fruges, inuentoremque ſuarum.
Fingere ipſas rerum non iſta licentia tantum,
quin etiam decor eſt. Ornata *Periphraſis* omni *Periphraſis*
laude nitet tibi, mille locis exempla petantur.
Non etiam incultum eſt, *rapiunt incenſa, feruntque*
Pergama uos celſis. Ita ſermo patheticus ornat,
transponunt etiam, quas iungere lege deceret. *Pulchra dictionum traiectio*
Italiam contra dixit MARO, dixit et idem:
Transtra per et ramos, ſeptem ſubiecta Trioni.
Synthesis his propior: *Iuuenes fortiſſima fruſtra* *Synthesis*
pectora. Et in medio concluſa *Parenthesis* ornat. *Parenthesis*
Allegoria ſimul· *pueri ſat prata biberunt.* *Allegoria*
Diſſimulansque in ſe quidquam *Ironia* relatum. *Ironia*

Quisquis ab his cultum quaeris, uerſusque colorem, *Affectatio fugienda*
non excede modum: nimia eſt uitioſa uenuſtas;
quodque ſatis pulchrum eſt, crebro uileſcit ab uſu.
Caetera, quae poterant iſtis ſuperaddier, olim
ueſtrum aliquis per ſe quaeret: mea commoda ſaltim
ſit breuitas quidquam, uobis ne ſpernar ubique.

Sinceriter, citra pompam zelo uirtutis

De

De Germanorum lingua immortaliter promeritus ſummaque fama apud peregrinos externosque uir, qui induſtria ſua et prudentia noſtram patriam linguam in priſtinum florem renouauit et inſtaurauit, IOAN. CHRISTOPHOR GOTTSCHEDIVS, *praefat. der vorübungen der lateiniſchen und deutſchen dichtkunſt*, dicit: *Am ſchluſſe habe des berühmten VLRICHS VON HVTTEN artem metricam, oder uerſificandi mit angehenket. Dieſer groſſe vviederherſteller der ſchoenen vviſſenſchaften in Deutſchland, hat in der Lat. dichtkunſt eine ſolche ſtaerke beſeſſen, daſs es ſchade iſt, daſs er ſo ins vergeſſen gerathen iſt. Ich habe alſo ſeiner aſche auch dadurch ein opfer zu bringen geſuchet, daſs ich eins ſeiner gedichte der iugend vvieder in die haende braechte, vvelches ſie faſt ausvvendig lernen kan, um die ſchvvere proſodie der Lateiner deſto beſſer im gedaechtniſſe zu behalten.*

VETE

VETERVM

LATINORVM

VATVM

FRAGMENTA

THEODORI IANSONII
AB ALMELOVEEN
DILIGENTIA

Digitized by Google

Digitized by Google

TH. I. AB ALMELOVEEN

praefat. in opuſcula ſiue antiquitt. e ſacris profanarum ſpecimen, connectanea, uett. poetarum fragmenta *Amſtelaedami*, ∞IↃCLXXXVI, 8

Altera pars comprehendit opuſcula uaria, quae cum orbe litterato hac commoda communicare uolui occaſione, ut una redderem otii mei rationem et periclitarer, quid tam de Coniecturis, *quam* collectione Fragmentorum Veterum Poetarum *ſentiant ii, quibus res litteraria cordi et curae eſt. Non ego primus ſum, qui hunc ſubiit laborem, fecere id ante nos H. STEPHANVS, H. COLVMNA,* *) *P. MERVLA,* **) *P. SCRIVERIVS, G. I. VOSSIVS, qui omnes reſti-*

 tuere

---

*) Q. ENNIVS cum annotationib. et ENNII uita HIERONYMI COLVMNAE, *ſiue* COLONNAE. Neapol. 5.., 4. (Ex editione FRANCISCI HESSELII. Amſtelod. ∞IↃCCVII, 4)

**) Q. ENN cum commentario PAVLLI MERVLAE. Lugd. Bat. ∞IↃLXXXXV, 4

tuere Poetas ſunt conati. Idem fecit illuſtriſſ. SCA LIGER, qui coniecturas ſuas in Fragmenta. Poetarum ſuppeditauit THEODORO CANTERO, hoc non modo in Latinis, ſed Graecis quoque Poetis promittenti, ut ISAAC. CASAVBONVS innuere uidetur, ipſum ita exhortans. *) Quando uel AMMIANVM MARCELLINVM, cuius aliquando ſpem feciſti, uel Fragmenta Graecorum Poetarum, uel alia, quae tam diu premis, deſines nobis inuidere. *Optime fecerat olim I. LIPSIVS, diſtinguens ea in Oratorum, Hiſtoricorum, Poetarum et Miſcellorum, ſed quoniam magna pars ipſi furto erat ablata, ut conqueritur* Elector. l. II, c. 18, p. 227, tom. I, *omnem recuperandi abiecit animum. In Hiſtoricis exſtat AVSONIVS POPMA,* a) *ANTONIVS AVGVSTINVS,* b) *et FVLVIVS VRSINVS, IANVS RVTGERSIVS, et fortaſſis, qui nobis nondum innotuere alii.*

ANTONII RICCOBONI de hiſtoria, liber, cum *fragmentis hiſtoricorum ueterum Latinorum.* Baſileae, 1579, 8.

a) *Fra-*

*) Epiſt. XXXVI

a) *Fragmenta hiſtoricorum ueterum Latinorum*, ab *Auſonio Popma*, Friſio, collecta, emendata, et ſcholiis illuſtrata. Amſt. 1620, 8

Sunt quoque in calce SALLVSTII, ſine annotationib. Amſtel. 1661, 12. Cum POPMAE uero animaduerſionib. in SALLVST. p. IOSEPH. VVASSE. Cantabr. 1710, 4. GOTTL. CORTE SALLVSTIO quoque a ſe uulgato adiecit. Lipſ. 1724, 4

b) *Fragmenta hiſtoricorum* ab ANTONIO AVGVSTINO collecta, et a FVLVIO VRSINO emendata. Antuuerp. 1595, 4

CHRISTOPH. CELLARIVS

cur. poſter. de barbariſmis et idiotiſmis ſermonis Latini prolegom. p. m. 11

Praenotandi ſunt, qui clari nominis ſcriptores Aureum Latinitatis ſaeculum antecesſerint. Paucorum libri ſuperſunt; plurimorum non niſi rudera et fragmenta posſidemus. Scripſerunt ENNIVS, ACCIVS, LVCILIVS, PACVVIVS, NAEVIVS, CAECILIVS, aliique poetae, quorum fractas tabulas, ex CICERO-

NE, VARRONE, GELLIO, MACROBIO, FESTO, N·NIO, PRISCIANO, aliisque grammaticis collegit ROB. STEPHANVS, easque in ordinem digeſſit et euulgauit filius HENRICVS. Horum ſaeculum *ſemibarbarum* dixit BOCHARTVS epiſt. *de AENEAE in Italiam aduentu*, pag. 56; alii et ipſos *aureo aeuo* inferunt. Medium mihi tutiſſimum uidetur, nec ſemibarbaros illos dixiſſe, nec aureae aetatis participes, quod etſi aurum ſaepe ex ſcriptis illorum legerunt poſteri, non tamen totum aurum eſt, unde aurum eruitur. Quo propius alii a CICERONIS temporibus abfuerunt, eo cenſentur meliores.

VETE

VETERVM
LATINORVM VATVM
FRAGMENTA

L. ACCIVS, ſeu, ATTIVS EX DEIPHORO

Mineruae donum armipotens Danai abeuntes dicant SERV. *ad.* VIRG. II *Aen.* 17

LOCIS NON INDICATIS

Vnde eſtis nautae huc hieme delati. SERV. *ad* VIRG. I *Aen.* 126

§

Celeri gradu greſſum accelerasſe decet. SERV. *ad* VIRG. IIII *Aen.* 641

§

Praeferuido fulgore ardor iniectus Iunonis dextra ingenti incidit. SERV. *ad* VIRG. I *Aen.* 46

AELIVS

Alae ex lupino, ſurculi ſine foliis. SERV. *ad* VIRGIL. I *georg.* 75. *Fortasſis hic eſt, quem* Saturninum *uocat* VOSSIVS, de *poetis Lat.* pag. 38

L. AFRANIVS EX NERARIA

Alius eſt amor, alius Cupido, amant ſapientes, cupiunt ceteri. SERV. *ad* VIRG. IIII *Aen.* 194

§

Amabit ſapiens, cupient ceteri. APVLEI *apologia.*

EX SVSPECTA

Vt huic ero adoleſcenti cui ſuſpirium tradidit, qui me eſt animi exercitus. NON. in *exercit.*

EX TOGATA

Neſcio, qui noſtri miſeritus tandem Deus. A. GELL. XX N. A. 6

EX VIRGINE

Ferme uirgini, tanquam grauidae mulieri creſcit uterus molucrum uocatur transit ſine doloribus. FESTVS, *in* Molucro.

EX INCERTIS LIBRIS

Non posſum uerbum facere, obrutui. FEST. *in* Obrutuit.

§

§

Inſcribat aliquis Arſe uorſe in oſtio. SEXT. POMP. *in* Arſe.

§

Inter loquendum. SERV. *ad* VIRG. VIIII *eclog.* 24

§

Etiam quidquam egiſti. SERV. *ad* VIRGIL. XI *Aen.* 374

ATTA EX MEGALENSIBVS

Nempe ad menſam ubi ſermo de ſinu ſolet ſubori-ri. SERV. *ad* VIRG. VII *ecl.* 33

EX SATYRA

Vertamus uomerem in ceram mucròneque aremus Osſeo. ISIDOR. *orig.* lib. XI, cap. 9

STATIVS CAECILIVS

EX ἀῤῥαβωνιζομένῳ

Vtinam te ſine ſchema ſine cruribus uideam. SOSIP. CHARIS. *inſt. gram.* lib. I, p. 117

EX HYPOBOLIMAEO CHERESTRATO

Nam iſta quidem noxa mulieris eſt magis quam uiri. FESTVS. *Noxia.*

§

Aere obſcuro, hercle deſinam, mane caepiam. NONIVS MARCELL. Coepere, *ubi male*, Peribaea raſtraria, *pro*, Hypobolimaea raſtraria, *ut legit* SCA LIGER.

EX PLOTIO

Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri. NON. *in* Commemoramento.

§

Si quasſante capite triſtes incedunt. SERV. *ad* VIRG. I *georg.* 74

C. L. CALVVS

Partus grauido portabat in aluo. SOSIP. CHARI SIVS *inſtit. gramm.* lib. I, pag. 61

§

Quoniam praedulcem cibum ſtomachus ferre non poteſt. SOSIP. CHARIS. *inſtit. gramm.* lib. I, p. 61

§

Quum in fulua cinis fuero. CHARIS. *l. c.* p. 78

§

Fortiſan hoc etiam gaudeat ipſa cinis. CHARIS. *l. c.* pag. 78

CAL

CALVVS IN IO

Ah uirgo infelix herbis paſceris amaris. SERV. *ad* VIRGIL. VI *eclog.* 52

Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus. SERV. *ad* VIRG. VIII *ecl.* 4

CORNIFICIVS EX GLAVCO

— Centaurot foedare bimembres
cornigerumque pecus nullo cuſtode per herbas.
MACROB *Saturn.* VI, cap. 5

EX LOC. INCERT.

Deducta mihi uoce garrienti. MACROB. *Saturn.* lib. VI, cap. 4

§

Vt folia quae frugibus arboreis tegmina gignuntur. SERV. *ad* VIRG. I *georg.* 55

CORNVTVS EX SATYRA

Titiuillitii ſat cedo tibi. FVLGENT. de *priſc. ſerm. in* Tiuillitium.

DOMITIVS IN CICVTA

Omnia cum Vario communia frater habebat
unanimi fratres ſicut habere ſolent.
Rura, domum, numos, et denique omnia, ut aiunt,
corporibus geminis ſpiritus unus erat.
Sed poſtquam alterius mulier. . . . . .
nouit, depoſuit alter amicitiam.

PHY

PHYLARGYRIVS *ad* VIRG. III *eclog.* 90: *Forte hic erat* Domitius Marſus, *de quo* VOSSIVS *agit de poetis Latinis*, *pag.* 34. *Vide fragmenta Domitii Marſi*, *apud* STEPHANVM, *pag.* 416, *fragmentorum uet. poetarum.*

ENNIVS

lib. XVIII

Montibus obſtitit, obſtantibus, unde oritur nux. FESTVS, *in* obſtitum.

EX ALCESTIDE

Haec anus admodum friguttit nimium ſe fauciauit flore Liberi. FVLGENTIVS de *priſco ſerm.* Frigutturire.

EX SATYRA

Inde loci liquidas, pilatasque aetheris oras Contemplo. SCALIG. *in* FEST. *u.* compilare. SERV. *ad* VIRG. XII *Aen.* 122

SATYRARVM L. VI

Quippe ſine cura, laetus, lautus quum aduenis, infertis malis, et expedito brachio, alacer, celſus, lupino impetu, expectans mox dum alterius abligurias bona: quid cenſes dominis esſe animi: Pro diuum fidem! ille triſtis cibum dum ſeruat, tu ridens uoras. DONAT. ad TERENT. *Phorm.* act. II, ſc. 2

AEDES

AEDES PHAGITICA

Omnibus ut clypea praeſtat, muſtela carina,
mures ſum Aeni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi,
Mitylenae eſt pecten, caprosque apud Ambracienſes
Brundiſii ſargus bonus eſt, hunc magnus erit ſi,
ſume Apriclum piſcem ſcito primum esſe Tarenti.
Surrenti fac emas, glaucum Cumas apud, ut quid?
Scarum praeterii cerebrum Iouis paene ſupremi
Neſtoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque
melanurum, turdum, merulamque umbramque marinam,
polypus Corcyrae, caluaria pinguia Aternae,
purpura, muriculi, murex dulces quoque echini.

APVLEIVS *apolog.* pag. 299, ed. ELMENHORST. PRICAEI pag. 45

LOCA INCERTA

Cyprio boui merenda.

§

Propter ſtagna, ubi lanigerum genus piſcibus paſcitur. FEST. *in* Cyprio, *cet.*

§

O pietas animi. DONAT. *in* TERENT. Eunuch. III, 5

§

Cum magno ſtrepitu Volcanium uentus uegerat. SEXT. POMP. *Metonymia.*

§

§

Ob Romam noctu legiones ducere coepit. FEST. oboritur.

§

Neque ill. . . . triſte quaeritat ſinapi. SERV. *ad* VIRG. I *Aen.* 75

§

· Dictis Romanis incutit iram. SERV. *ad* VIRG. I *Aen.* 73

§

Siluarum ſaltus, latebras lamasque lutoſas. *Vet.* HORAT. *interpr. ad epiſt.* 13, *lib.* I

§

Bellum aequis manibus nox intempeſta diremit. *Vet. comm.* HORAT. *ad epiſt.* 2, *lib.* II

§

Audire eſt operae pretium procedere recte
qui rem Romanam Latiumque augeſcere uultis. *Vet. comm.* HORAT. *ad ſat.* 2, *lib.* I

§

Omnes corde patrem praebent, animoque benigno Circumfuſum. DONAT. *in* TERENT. *Phorm.* act. V ſc. 8.

§

§

pag. 32 Suarum rerum incerti. ARNOLDVS A BOECOP, *in dialogo de fide catholica* LIPSII, *pag.* 131 *operum* LIPSII *baec priora addit*:

Vno ore quem plurimae conſentiunt
gentes eſſe uirum populi primarium:
Vnde populi et reges omnes conſilium expetant
ſuarum rerum incerti *cet.*

§

Plebes in hoc regi anteſtat loco:
licet lacrymari plebi, regi honeſte non licet.

HIERONYM. *ſelect. epiſt. lib.* II, *ep.* 22

§

Ager oppletus imbrium fremitu. SERV. *in* VIRG. I *georg.* 12

§

Nauibus celſis, munda facie, atque etiam aere. FESTVS, *Mundus.*

§

In occulto musſabant. FEST. *Musſare.*

§

Non decet musſare bonos. FEST. *Musſare.*

§

§

Angues uilloſi canis. *Comment. uetus* HORATII, ad *od.* II, *lib.* III

LIB. VIII

Amplius ex augure obſtipolumue ſolis. FEST. *in* obſtitum

§

Ennius in ſacra hiſtoria deſcriptis omnibus, quae in uita ſua geſſit, ad ultimum ſic tradit: Deinde Iupiter poſtquam terram quinquies circuiuit, omnibusque amicis, atque cognatis ſuis imperia diuiſit, reliquisque hominibus leges, mores, frumentaque parauit, multaque alia bona fecit, immortali gloria, memoriaque affectus, ſempiterna monumenta ſuis reliquit: aetate pesſum acta; in Creta uitam commutauit, et ad Deos abiit. Eumque Curetes filii ſui curauerunt, decoraueruntque eum: et ſepulcrum eius eſt in opido Gnoſo: et deorum Veſta hanc urbem creauiſſe, inque ſepulcro eius eſt inſcriptum antiquis litteris Graecis: ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ, i. e. latine, Iupiter Saturni. LACTANT. *lib.* I, *cap.* II

HOSTIVS BELLI HISTORICI L. I

Percutit atque haſtam pilans prae pondere frengit, ſententia praeſto pecore pilata.

SERV. *ad* VIRGIL. XII *Aen.* 122

DECIVS LABERIVS EX CREVNSI

Pharmacopolis ſimium deamare occipit.

SOSIP. CHARIS. *inſt.* lib. I

EX PISCATORE

Hoc pugillar. CHARIS *inſt.* lib. I, p. 75

LAE

LAEVIVS, PRICAEVS legit, LAELIVS

Philtra omnia undique eruunt,
Antipathes illud quaeritur,
Trochiſcilo, unges, teniae
radiculae, herbae, ſurculi,
aureae, ilices, bichordilae,
hinnientium dulcedines.

APVLEI *apolog.* p. 294, ed. ELMENHORST. PRICAEI p. 36

LICINIVS CALVVS

Vide ſupra C. L. CALVVS

LIVIVS ANDRONICVS ODYSSEA

Quando dies aduenict, quem profata morte eſt.
A. GELL. III *n. A.* 16

AEMILIVS MACER

Hic ſcripſit *Ornithologiam*, *Ophiogeniam*, et *Botanica*, SERVIVS citat librum de *Apibus*. GEORG. MATTHIAS KOENIG. *biblioth. uet. et nou.* pag. XI. Vide SERV. *ad* VIRG. V *ecl.* 1; I *ad Aen.* 439

ORNITHOGONIAS SECVND.

Cum laude excellet omnes. DIOMED. *gram. inſt.* lib. I, pag. 371

§

Cycnus in augurns nautis gratiſſimus augur
hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur undis.

SERV. ad VIRG. I *Aen.* 397

ISIDOR. *orig.* lib. XII, cap. 7, *legit longe aliter:*

Cygnus in auſpiciis ſemper laetisſimus ales,
hunc optant nautae, quia ſe non mergit in undas.

DE SERPENTIBVS

— Seu terga exſpirant ſpumantia uinis,
ſeu terram fumat, qua teter labitur anguis.

ISIDOR. *orig.* lib. XII, cap. 4

§

* Saucia naris. SOSIP. CHARIS. *inſtit.* lib. I

ANNALIVM LIB. XVI

Omnium noſtrum neglegerit authoritatem. PRISCIAN. *lib.* X, *pag.* 895; DIOMED. *gramm.* lib. I, pag. 366

MARIANVS LVPERCAL. POET.

Setaca flaua et candida
Roma Aeſculapi filia
nouum nomen Latio facit,
quod conditricis nomine
ab ipſo omnes Romam uocant.

I. RVTGERS. lib. I *uariar. lect.* cap. 20

MARINVS LVPERCALIORVM POETA

Eius uerſus citantur a SERV. *ad uerſ.* 20, *ecl.* I VIRG. *qui hoc modo legendi dicuntur a* SALMASIO:

Roma

Roma ante Romulum fuit, Et ab ea nomen Romulus adquiſiuit. — Sed diua flaua et candida Roma Aeſculapi filia Nouum nomen Latio fecit. Hanc conditricis nomine. Ab ipſo omnes Romam uocant.

Vocatur a PHYLARGYRIO MARIANVS. VOSSIVS *eius mentionem, quod ſciam, non facit.*

MVMMIVS EX ATELLANA

Iunius ad ſpectacula eſt uidere in teſtu, quantum ſit caput. SOSIP. CHARIS. *inſtit. gramm.* lib. I, p. 118

C. NAEVIVS alii NOVIVS DE BELL. PVNICO

Quei terraaI LatiaaI hemoones tuuſerunt
VIreis fruudesque Poinicas fabor.

SCALIGER legit:

Quei terrai Latiai emones tuſerunt
Vires rudes, quei Pornei, ecſabor.

MERVLA *ad* ENNIVM *pag.* 42

BELL. P. L. I

— inerant ſigna expresſa
Titanni quo modo et bicorpores Gigantes,
Mimas, Ephialtes, Rhoitus atque Purpureus
FiliI terras.

MERVLA *ad* ENN. *pag.* 50, *ex* PRISCIANI *lib.* VI, p. 689

§

Belli Punici primo, de Anchiſa et Aenea fugientibus, haec ait:

Eorum ſectam ſequuntur multi mortales. *Ecce hoc* * *eſt*, inuenio admirans numerum, *ubi forte legendum*, ecce hoc ſecutus eſt, *VIRGILIVS nempe*. SERV. *ad* VIRG. II *Aen.* 797

Hanc (*Prochytam*) NAEVIVS in primo belli Punici, de cognata Aeneae nomen accepiſſe dicit; SERVIVS *ad* VIRG. VIIII *Aen.* 715

L. III BELL. PVN.

At poſtquam auim de templo AnchIſa ſpexit,
ſacra ordine in menſa Penaatium Deoorum
poonuntur uictimam auream polcram immolabat,

PROBVS *apud* MERVLAM *ad* ENNIVM, *p.* 49

IN HINO

Sis Poinei contremiſcunt artibus; uniuerſum
magnei metus tumultus pectora poſſidet;
Caeſum funera agitant, exſequias ititant,
temulentiamque tollunt feſtam . . .

CALPVRNIVS *apud* MERVLAM *ad* ENNIVM, *pag.* 417

L. IIII BELL. PVNIC.

Inhoſpitaalis uetrIceis abſorbet unda
Latium Legioones hemoonum.

CALPVRNIVS *lib.* II, *apud* MERVLAM *ad* ENNIVM, *pag.* 427

§

Nouam tamen rem Naeuis bello Punico dicit, unam nauem habuiſſe Aeneam, quam Mercurius fecerit. SERVIVS *ad* VIRG. I *Aen.* 174

EX ANDROMACHA

Quod tu, mi Gnate, quaeſo, in pectus tuum demittas, tanquam uidemiator in fiſcinam. SERV. *ad* VIRG. I *georg.* 266

FVLLONICO

Non multo poſt ſonoram accepit, abſedet, conſequitur penularium, pſilotrum petit. NONIVS, *penularium.*

PICO

Qui, ſi taceat, dum uideat, tam etiam ſciat, quid ſcriptum ſit. SEXT. POM. *Tam.*

QVAESTIONE

Mammas teneas, pedes extollas, ſuauies quum gemit. NON. *Suauies.*

EX SANGA

Suo ſonitu claro folgurluit Iuppiter. *Apud* NONIVM, in *fulguriuit.* MERVLA *ad* ENN. *pag.* 45

IN STALAGMO

Deo meo propitio, meus homo eſt. DONAT. *ad* TERENT. *Phorm.* act. I, ſc. 2

PORCIVS

Dum laſciuiam nobilium et fucoſas laudes petit:
Dum Africani uoce diuina ihhiat auidis auribus
Dum ad Furium ſe coenitare et Laelium pulchrum putat
Dum ſe amari ab hisće credit crebro in Albanum rapi
Ob florem aetatis ſuae: ipſus ſublatis rebus ad ſummam
Inopiam redactus eſt:
Itaque e conſpectu omnium abin Graeciam, in terram ultimam
Mortuus eſt in Stymphalo, Arcadiae oppido: nihil publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui cogitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut esſet quo referre obitum domini ſeruulus.
DONATVS *in uita* TERENT.

SVECIVS, forte, SVEVIVS EX MIDO

Inter ſe degularunt omnia. CHARIS. *inſt. gr.* Ī, *pag.* 80

TITINNIVS EX HORTENSIO

In foro aut in curia poſita potius, quam rure apud té incluſa. SOSIP. CHAR *inſt. gr.* lib. Ī, p. 115

VALGIVS EX ACTAEONE

Hae quae uocantur fabulae huius nonne eas
Qui iura populis, leges gentibus dabat
Honore ſummo affectus fecit fabulas.

RVT

RVTGERS. *uariar. lect.* lib. I, cap. 7, ex DONAT.

VARVS

Et frondoſam, ſemiputatam queritur uitem. PHYLARG. *ad* VIRG. II *Aen.* 70

VOLCATIVS

Sumetur Hecyra ſexta ex his fabulis.

§

Sed ut Afer ſex populo dedit comoedias.
iter hinc in Aſiam fecit: nauim quum ſemel
conſcendit, uiſus nunquam eſt, ſic uita uacat.

DONAT. *in uita* TERENT.

FELICITER

NORIMBERGAE
TYPIS GEORGII FRIEDRICI SIXII
A. R. S. ∞IↃCCLXXV

VA1
151264